

B. M. II, 33

A. 3, 12

(X 187897A)



EXERCITATIO
HISTORICO-POLITICA

DE

CONCILIIS ET
CIRCA EA

SUMMÆ POTESTATIS
AUCTORITATE

PRAESIDE

Viro Amplissimo Clarissimoq;

HERMANNO CONRINGIO,

Philos. & Med. Doctore, hujusque Professore

Publico, illustrissimi Comitis Ostfrisiæ Consi-

liario intimo & Archiatro, Præceptore

suo summè colendo,

IN ACADEMIA JULIA

Die xlii. Maij clc l.

Publico examini subjecta

à

JOACHIMO JOANNE Wadern

HANNOVERANO.

—(o)—

HELMESTADT,

Typis HENRICI DAVIDIS MULLERI, Acad. Typogr.

Anno clc lxxv.

14.



Perquam Reverendis, Magnificis, Nobilissimis, Amplissimis, Consultissimisq; Viris

DN. IVSTO GESENIO,

S. Theol. D. Ecclesiastæ Aulico primario, ditionis Brunsvigiæ Calenbergicæ Generalissimo Superintendenti

DN. DAVIDI DENICKEN,

Abbati Bursfeldensi, & eidem aulæ à consiliis Ecclesiasticis & Politicis

DN. JACOBO BVNTINGIO,

Jcto, Reip. Hannoveranæ Consuli benemerito



Dominis Patronis & promotoribus venerandis

D. D. D.

JOACHIM. JOAN. Stader.
Auctor.





Perquam Reverendi, Magnifici, Nobilissimi, Amplissimi, Consultissimiq; Viri.

EX illustri Academia Julia
in patriam redire parans,
discedere ante nolui,
quam studiorum, quæ
pro ingenii & facultatum modulo
præcipue colui, tenue hoc speci-
men publicarum. Ita enim & u-
trum recte illa imbiberim, ac con-
tra oppugnatores mediocriter as-
serere valeam, periculum facere, &
simul Vobis, VIRI MAXIMI, stu-
dium meum & debitam poteram
testari observantiam. Utinam ve-
ro nobile argumentum plenius &

A 2

difer-

dilertius tractare licuisset. Sed hoc
ab ætate mea, nec promittere ego
debeo, neque Vos expectare pote-
stis. Vester autem ille maximarum
dignatum splendor, & cum eo
iuncta summa humanitas, non re-
spuet meos vel tantillos conatus.
Quod si benevolentiam hac publi-
ca nominum vestrorum venera-
tione arctius mihi conciliatam in-
tellexero, ad uberiores doctrinam
enitenti, auctoritatem, qua maxi-
me indigeo, vestram præsto futu-
ram confido, & ege summam voti
mei ero assecutus. Deus Patriæ vos
servet. In Acad. Iulia xix. Maij
Anno clc lcc L.

CUM



CUM DEO.



E summæ potestatis circa synodos auctoritate dicturi, illius nomine personam aut cœtum intelligimus, summa in populo potestate gaudentem, *solo Deo minorem*, ut *Tertullianus* ait ad *Scapulam*, c. 2. Personam dico aut cœtum: nec enim ratio gubernandi sive *δρισμοκρατικῆ* sive *μοναρχικῆ* discriminis hic quicquam facit; ἡ *ἀντοκρατορία* æqualis est in omnibus, nec plus juris latius dat imperium. Eadem fruuntur potestate αἱ μεγάλαι Ἀθῆναι καὶ ὁ μέγας Περσῶν βασιλεύς. Hæc vero antequam pluribus, de conciliis prius pauca nobis prælibanda, ut cœtera tanto rectius.

THESIS I.

Synodi conciliique vox non uno modo à scriptoribus accipitur. Nos hoc loco suminus pro cœtu hominum piorum & in sacris literis exercitatorum, de rebus fidem & mores Ecclesiæ attinentibus consultantium.

Synodos Græci nonnunquam vocant *qualescunq; cœtus*. Sic *Deorum Synodus* iis erat ex duodecim Diis, quos *majorum gentium & consentes* appellabant; ad quorum numerum qui ex hominibus abscribebantur, hi *παρέδρου τῶν μεγάλων θεῶν* &

& συνέγοι, q̄s. assessores & eadem sede cum cæteris Diis præditi, fieri dicebantur. In Ignatio & Constantini edictis etiam singularum Ecclesiarum cœtum denotat. Ita concilii vocem vetus Terentii interpres *nundinas* exponit, & conciliare pro emere. Comicus *male conciliate*: ibi Eugraphius *male emte*; nam concilium *nundinas* dicimus. Gellius l. 15. c. 27. discrimen facit inter comitia & concilia, cum ait: *eum qui non universum populum, sed partem aliquam adesse jubeat, non comitia sed concilium edicere debere.* Quæ tamen differentia non anxie à scriptoribus invenitur observata. Constantini M. ævo, cum quotannis conventus civilis dioceseos in prima ac præcipua urbe ageretur, inde concilium pro diocese cœpit usurpari. In constit. Gratiani, Valentiniani & Theodosii C. Theod. de fide Catholica ad Auxonium diocesis vocatur, quod in eodem vel gemino ei rescripto ap. *Facundum Hermanensem* dicitur concilium. l. 4. namque pro *Asiana diocesi*, dixit, *concilium Asia sub Vicario constitutum.* Sic Patriarchæ & Metropolitæ dicuntur convocasse *Episcopos concilii sui i. e. dioceseos vel provinciæ.* Liberatus Brev. c. 4. *Mandavit Andrea & Theodoro Episcopis concilii sui.* Id c. 20. *Et omnes metropolitani illic Episcopi cum suis conciliis, in Episcopis provinciæ suarum.* Nos quod comitia seu ordinum conventus in regno sunt, id synodos sive concilia recte appellamus. Specialiore vero significato, ut h. l. conventum qui aut ex solis Episcopis seu pastoribus, aut ex illis plerisque, Ecclesiæ gratia sit institutus.

II.

Non unius vero sunt generis. Dantur enim primo Oecumenica, universalialia vulgo dicta, ita ut ad ea omnes Christiani orbis Episcopi, certe plerique, publica auctoritate evocati, convenerint

ὀικουμένην universum terrarum orbem significat. Frequentissime vero tam Græci quam Latini scriptores hac voce *Romanum orbem seu imperium* denotant, adeoque Romanum pro
 univer-

universo : & universum pro Romano , promiscuè usurpant.
 Ita S. Lucas de Imperii Romani descriptione ab Augusto im-
 perata, loquens, ἐξήλθε inquit, δόγμα τοῦ καίσαρος Ἀυγύστου
 ἀπογεγίφθεος εἶσαν τὴν οἰκουμένην. Exiit decretum à Casare Au-
 gusto, ut censeretur orbis universus. Eadem notione κόσμος dicitur
 Gelasio Cyziceno in exordio l. 1. act. concil. Nicæni, ubi Synodum
 convocatam ait ἐκ πασῶν Ῥωμαίων κόσμος ἐπαρχῶν, ex omnibus
 mundi Romani provinciis. Cassiodorus l. 3. variar. c. 52. Augusti tem-
 poribus orbis Romani agris divisus censuque descriptus est. Trebellius
 Pollio in Macriano : Tantum bene agas, ut de Romano orbis factum
 principem gaudeat, Et paucis interjectis : Invenes aliqui sunt qua-
 rendi, qui ex diversis partibus orbem Romanum restituant. Ubi Clar.
 Salmasius in notis ad hunc locum humanum orbem pro Romano
 in optimis vetustissimisque membranis sæpius extare asserit.
 Neque enim verebantur Romani universum orbem pro suo,
 imo genus humanum pro Romano jactitare, uti ex auctoribus
 constat. Hinc etiam est quod Episcopi, Ecclesia sub Christianis
 Imp. caput nonnihil attollente, Romanus, C. Politanus, Alexandri-
 nus, Antiochenus & Hierosolymitanus καθολικοὶ dicti & οἰκουμηνικοὶ;
 eorumque sedes καθολικὸς θρόνος à Theophane in vita Constantini
 Copronymi, & οἰκουμηνικὸς θρόνος ab eodem in Chronographia
 appellati : quia urbes istæ totius οἰκουμένης essent q̄s. metropo-
 les, ac proinde earum Episcopi soli τὴν καθολικὴν ἐπισκοπὴν, uni-
 versalem Ecclesiæ curam gerere deberent. Nec an alio modo
 synodus Oecumenica dici queat affirmare habeo. Priore nam-
 que οἰκουμένης significato, quo universum terrarum orbem deno-
 tat, ejusmodi concilium quo universalis Ecclesiæ consensus per-
 fecte innotuerit, nunquam videtur congregatum. Licet enim
 de Nicæna Eusebius 3. de vita Constantini c. 7. Ex omnibus Ecclesiis,
 quæ frequenter in tota Europa Africa & Asia extabant. Dei mini-
 stros, qui facile primas ferre putabantur, scribat convocatos, dubium
 tamen nihilominus manet an nullius, penitus Ecclesiæ consensus
 desiderari ibidem potuerit.

Oecumenicæ autem Synodi non nisi in gravissimis hære-
 sibus, quæ orbis maximam partem pervasisent, ab Imp. cogi
 sole-

solebant ; ut in tot seculis nominis Christiani quatuor tantum, quæ vere ac proprie eo nomine possint notari, inveniantur : *Nicena I. Constantinopolina I. Ephesina I. & Chalcedonensis* : quarum statuta *Iustinianus Imp. ως τὰς Ἱεράς γράφαις καὶ ὡς νόμους*, tanquam divinas scripturas & leges in Rom. Imperio observandas esse statuit *Novell. 131. l. 3. & 4. c. de summ. Trinit. ut in quibus ea que spectant ad salutem hominum eternam constituta sint.* Quam vis autem Græci aliique hisce quatuor res alias adjiciant, ut ap. *Photium* & alios videre est ; hæc tamen nec ratione congregationis, quod Orientales Impp. magis, quam Occidentales coegerint, nec tractationis seu materiæ illis æquari merentur. Multo minus decem illa Pontificiorum conciliabula, Quinque scilicet *Lateranensia*, duo *Lugdunensia*, unum *Viennense*, unum *Florentinum*, & ultimum *Tridentinum*. Certe eo nomine indignissima, tum quod non legitima auctoritate fuerint congregata, tum quod ex Occidentis præcipuæ Episcopis Romano Papæ additis, tum denique quod de bellis potius, depositionibus item Impp. rebus à concilio Ecclesiastico maximè alienis, quam de fide & moribus Ecclesiæ, consultarint.

III.

Infra horum dignitatem sunt quæ particularia Latini, Græci *μεικρά* vel *τομικά* vocare amant : ea nimirum quæ ex aliqua tantum orbis parte congregantur. Et hæc rursum pro latitudine sua variant. Unius enim diœceseos Episcoporum & Metropolitanorum cum Patriarcha suo aut Exarcho Synodus Diœcesana vel nationalis dicta est.

Plerique ex Theologis & Ictis qui hætenus Concilioꝝ meminerunt, ea quæ diœcesana dicuntur infra provincialia collocant, quasi provincia latioribus terminis quam diœce-

diœcesis definiatur. Quod quidem à veritate haud alienum, si tempora ante orbem à Constantino M. divisum, tum infimæ Latinitatis & Græciæ scriptores respicias. His namque, præsertim Latinis, etiam singulorum Episcoporum *πρωτοκλήσιαι* per abusum diœceses sunt appellatæ: tum vero per diœceseos vocem ditio aliqua seu provincia minor indigitabatur, cui Prætor aliquis jus dicebat, in qua significatione ap. *Tullium* passim & *Strabonem* invenias lib. 13. ubi de Phrygia aliisque Asiæ minoris regionibus loquens: τὰς Ῥωμαίους, inquit, μὴ καὶ οὐλα διελεῖν αὐτὰς, ἀλλὰ ἑτέρῳ τρόπῳ διατάξαι τὰς διοικήσεις, ἐπὶ αἷς τὰς ἀγορεύσεις ποιῶνται, καὶ τὰς δικαιοδοσίας. *Non per gentes Romani loca ista dividerunt, sed alio modo diœceses instituerunt, in quibus fora sunt & jus dicitur.* Constantinus vero receptum provinciarum sigillatim regendarum morem abolevit, & novam diœceseon formam instituit, quâ multæ simul provinciæ, in unum quasi corpus redactæ, per Præfectos Prætorio & eorum Vicarios regebantur. Ea significatione diœceseon frequens extat mentio in *Notitia utriusq. Imperii* & *Constitutionibus Imp. p.*, ubi diœceses & provinciæ ubique fere reperiuntur distinctæ. Ita L. 9. de legat. & decret. legat. C. Th. *Sive integra diœcesis in commune consuluerit, sive singula voluerint inter se provincia convenire.* Et *Balsamon.* ad can. 17. Concil. Calced. *διόκητις εἶναι, ἢ πολλαὶς ἐπαρχίαις ἔχουσα ὡς αὐτῶν.* *Diœcesis est quæ multas in se habet provincias.* Divisionem orbis πολιτικὴν civili regiminis æmula Ecclesia ad se quoque derivavit. Unde *Zonaras* ad Can. 7. Concil. 1. Constantinopolitani: *Provinciam e. gr. Adrianopolim vel Philippopolim cum iis qui in eo tractu degunt Episcopis dicimus; Thraciam vero totam vel Macedoniam Diœceseos appellatione complectimur.* Inde ortum traxit Patriarcharum supra Metropolitanos elatio, qui plures provincias Ecclesiasticas sic præsumserunt administrare, ac in civilibus Vicarii præfectorum. Cum enim ex reliquis diœceseos provinciis in civitate præcipua totius diœceseos, ubi sedem Præfectura vel vicaria præfecturæ collocarat, concursus fieret ad negotia diœceseos explicanda; hinc & sibi quoque princeps in diœcesi metropolitanus majores cæteris spiritus cœpit

B.

sumere,

sumere, non parum adjutus rerum Ecclesiasticarum eodem more modoque, quo civiles solent, tractandarum necessitate. Hi igitur concilium ex totius diœceseos provinciis convocabant, haud secus ac vicaria potestas in rebus civilibus: cui temporibus tractus tantam conciliavere auctoritatem & ἀσθενείαν, ut loquitur *canon Carthagenensis*, ut ab eo nequidem Episcopo daretur provocatio. Quod in Constantinopolitano I. can. VI. statutum, confirmatum deinceps est ab Imp. Justiniano L. Sancimus. 29. C. de Episcop. aud. *his quæ ipse (Patriarcha) judicaverit omnino pareat, perinde ac si eam ab initio judicem esset consecutus. Nam contra horum Antistitum sententias non esse locum appellationi à nostris majoribus est constitutum. Et Photium in Nomocanone tit. 9. c. VI. ἄτε ἐκκαλεῖται, inquit, αἱ τῶν πατριαρχῶν ψῆφοι, à sententia Patriarcharum non appellatur.* Raro vero tale concilium fiebat, nec nisi causa communi exigente totius diœceseos, aut quando provincialia causæ decidendæ non sufficerent, & plenarium vel universale vocabatur. Qua notione *concilium universale* pro Synodo diœceseos Galliarum sumitur can. 20. Concil. Matisconensis 2. sub Guntramno Rege & Lugdunensi Patriarcha; Africana item seu Carthagenensis ex Africæ diœcesi *universalis & plenaria Africa* in Concil. Tom., & Toletana ex Hispaniæ diœcesi *universalis & generalis* sæpius appellantur. *Μείζονα σύνοδον ἐπισκόπων* alias vocat. Antiochena Synodus can. 12. & Constantinopolitano I. can. VI. ad quem *Zonarius*: *μείζονα σύνοδον λέγει τῆς τῆν διοικήσεως ὅλης ἐπισκόπων, Majorem synodum dicimus omnium diœceseos Episcoporum conventum.* Cujus generis permulta in Concil. Tomis reperiuntur, *Romana* videlicet ex Diœcesi urbis Romæ, *Antiochensis* ex Diœcesi Orientis, *Gallicana* ex Galliarum diœcesi, *Toletana* ex Hispaniarum, & *Africana* seu *Carthagenensis* ex Africæ diœcesi. De quibus tamen dicendum, quod *Agobardus Lugdunensis* olim Episcopus de Gallicanis seu Conciliorum diœceseos Galliarum canonibus scripsit: *Illorum sanctiones non esse passim equali auctoritate recipiendas, ut Nicæni, Chalcedonensis, & cæterarum generalium ex totius mundi consensu congrega-*

Epist. ad
Imp. de
duello.

gregatorum & receptorum; sed quia congrua veneratione pro causis necessariis, quarum definitiones in illis generalibus non inveniuntur, fides sit eis adhibenda religione debita.

IV.

Provincialis vero Metropolitæ seu Primatis, aut primæ sedis Episcopi, cum omnibus provinciæ Episcopis.

Hanc Antiochena synodus can. 16. & 17. vocat τελεία σύνοδον πάντων τῶν ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ ἑπισκόπων, ἢ συμπάρεση καὶ ὁ τῆς μετροπόλεως. *Perfectam synodum omnium provincie Episcoporum, cui & interest Metropolitanus.* Can. 98. C. Afric. plenarum concilium uniuscuiusq; provincie dicitur. Quemadmodum enim diocesis plures ἐπαρχίας seu provincias Ecclesiasticas complectebatur, ita ἐπαρχία plures παρχίας vel sedes Episcopales cum territoriis suis sive ἐνοχίαις. Prima provinciæ civitas seu metropolis primum faciebat Episcopum (*πρωτεύων ἐπαρχίας* dicitur in *canone Antiocheno*) qui ad exemplum præsidis provincialis ibidem residebat & conventum conciliorum in eandem urbem convocabat. Bis in anno ejusmodi concilia haberi sanciant canones, ut 37. qui dicuntur Apostolorum, 5. Niceni I. tum 20. Concil. Antiocheni: *neque ullis licebat per se synodos facere ἀντὶ τῶν πεπιστευμένων τὰς μητροπόλεις, sine in quibus credita erant metropoles.* Hi vero si negligenter, absque gravi aliqua causa, canonicis pœnis juxta conciliorum decreta subiciebantur. Ab ea lege deinceps ita discessum, ut pro semestribus annuæ fierent Sancitus id can. 8. Oecum. VI. in Trullo & can. VI. Oecum. VII. Nicenæ II. *eo quod propter Barbarorum incursiones non posset bis concilium haberi.* Et hoc quidem in oriente tum obtinuit, non vero in Occidente, ubi per leges Carolinas priscus mos bis quovis anno concilium celebrandi ad tempus remansit, uti ex capitulis legum Eccles. Caroli M. & Ludovici Pii quæ Ansegisus Abbas collegit, l. 5. c. 1. constat. In illis de causis ad totius provinciæ incrementum pertinentibus disquirebatur,

hatur, aut ex excutiebantur novo examine, quæ à concilio
Episcopi in sua Ecclesia auditæ fuerant, si qua ratio aut æqui-
tas postulare videretur, ut iterum à majore Episcoporum nu-
mero solemnitus & exquisitius agerentur. *Διὰ τὰς ἐκκλησι-
ατικὰς χρείας καὶ τὰς τῶν ἀμφισβητημέιων ἀφλύσεις*, inquit ca-
non Antiochenus 20. *recte habere visum est, ut synodi Episcoporum
in unaquaque provincia bis in anno fiant, ut in his ipsis Synodis ac-
cedant presbyteri & diaconi, & omnes qui se injuria affectos putant,
ut à synodo iudicium assequantur.* Licebat tamen si non recte
lis videtur decisa, ad nationalem synodum totius diœceseos
provocare, quod indicat can. VI. Constantinopolitani 1. *Si e-
venerit ut provinciales Episcopi crimina quæ Episcopo intentata sunt,
corrigere non possint, tum iubet ipsos sancta synodus accedere ac ma-
jorem synodum Episcoporum totius diœceseos pro hac causa convocato-
rum.* Id 9. & 17. canones Chalcedonensis Oecum. IV.

V.

Primum sacri concilii in Ecclesia Chri-
stiana celebrati exemplum tam veteres quàm
recentiores Theologi omnes in cap. XV.
Actorum extare credunt, idque haud imme-
rito pro norma omnium conciliarium a-
gnoscent.

Gravissima orta erat controversia in ipsis statim Eccle-
siæ primordiis, num scilicet legis & circumcisionis ob-
servatio ad salutem conduceret nec ne. Ascendunt propte-
rea Paulus & Barnabas Hierosolymam, discepturi hac de re.
Et cum multa disceptatio utrinque fuisset, Jacobus senten-
tiam protulit, in qua omnes acquieverunt. Sed nugatur hîc
Baronius anni XXXIII. num. 17. historiam referens quæ nar-
ratur à Matth. XVI. 13. Marcæ VIII. 17. Luc. IX. 18. Conci-
lium nempe habitum esse à Christo & ejus Apostolis, idque
exemplum esse conciliorum deinceps habendorum. Verba
Baronii

Baronii hæc sunt : *Ejusmodi tanti ponderis & auctoritatis actio Christi typum quendam exprimit celebrandi concilium, cum missis cæteris solus cum discipulis post preces Deo oblatas de summa rerum questionem proponit.* Quæ vero hic imago concilii ? Hoc enim si cum *Thoma* cuiquam definire libeat, conventus est iudicium ad deliberandum aliqua de re congregatorum. Nullus vero hic iudex præter unum Christum, reliqui omnes sine ulla potestate & discipuli. Et Christus ipse hic non iudicem, sed doctorem se præbet, dum pro more discipulos erudiens familiariter cum iis versatur. Pererudite & copiosius hæc refutata à doctissimo *Casaubono* Exercitatione XV. ad annal. Baronii num. IX. & *Richardo Montacutio* Originum Ecclesiast. Tomi prioris parte poster. p. 159. & seqq. Quid vero *Cardinalis* hoc ipso intendat, infra palam fiet. Certe cum Exercitatore *toties in eo fidem desideramus, quoties ille historicum exiit, ut inderet patronum.*

VI.

Ufus eorum duplex cum primis fuit in Ecclesia; alter, si quæ circa fidei dogmata emergant solvenda videre, & errores, qui irrepunt depellere; alter, circa externum regimen & disciplinam Ecclesiasticam, vel constituendam, vel instaurandam.

Duplicem hunc usum ipsum etiam Apostolorum concilium nobis suggerit. Fidei enim fuit, quod in solo Christi merito, non in ritibus ac ceremoniis spem salutis collocari volebant. Disciplinæ vero & morum, quod non solum à fornicatione & idololatria quisque juberetur abstinere, verum etiam retento Mosis præcepto à sanguine & suffocato, h. e. ab animantium sanguine tam effuso, quam ex suffocatione in ipsis animantibus residente. Quæ ad doctrinam seu fidem pertinent. Nicæna 2. can. VI. *εὐαγγελικὰ*, quæ ad disciplinam

κανονικά vocat *πράγματα*. Ad quæ Zonaras: Canonico, inquit, negotia sunt e. gr. an segregationes jure irrogentur, an per œconomos ex uniuscujusq; ipsorum clero delectos Ecclesiarum bona ab Episcopis administrantur, aliæque hujusmodi canonicis constitutionibus definita servantur investigare. Evangelica vera ea sunt, quæ est illud: ut in nomine Patris & Filii & Spir. S. baptismus administretur, &c. Idem ad can. 40. Concil. Laodicensi: αἱ σύνοδοι δι' ἀμφιβολίας ἀναφρομένας καὶ δογματῶν, ἢ ἡθικῶν ἀμαρτήμασι προσκόντων, ἢ κανονικῶν ἑτέρων ζητήσεων ὡρίσθησαν γίνεσθαι. Synodus inquit, ob eas controversas, quæ vel de dogmatum veritate, vel de mulctarum equitate emergerent, aut ad alias canonicas quæstiones executiendas haberi, decretum est. Dicitur vero canon Laodicenus simul alium synodorum innuit usum, quando injungit: Non oportere Episcopos qui vocantur ad synodum negligere, ἀλλ' ἀπιέναι καὶ διδάσκειν ἢ διδάσκεισθαι εἰς κατόρθωσιν τῆς ἐκκλησίας καὶ τῶν λοιπῶν. Ex iis enim, qui convenerant, qui quidem ceteros prudentia antecellebant, & quid credendum & quæ cuique peccato pœna irrogandi, quoque modo reliqua ex canonum præscripto administranda essent, docebant. Alii vero rudiores minusve in decendo exercitati, docebantur. Quæ vero tum docebant tum docebantur ad rectam Ecclesiæ administrationem aliorumque emendationem pertinebant, uti Zonaras explicat.

VII.

Quæ fidem symbolis, quæ mores concernebant, canonibus seu regulis complectebantur.

Fidei confessiones in conciliis editas Symbola vocantur, quod his velut tessera militari, omnes qui Christo nomen dederunt à desertoribus & adulteratoribus Christianismi commode possent dignosci. Breviter Maximus Taurinensis de tradit. Symbol. Symbolum tessera est & signaculum, quo inter fideles perfidosq; secernitur. In quibus hodiernum eminet ac toti Christiano orbi probatur, quod dicitur Nicenum, in primo nempe generali Nicææ à 318. Patribus conditum. Quod ipsum cum de maximis fidei nostræ mysteriis consonam in se verbo

verbo Dei sententiam contineret, sequentium conciliorum Patres orthodoxi in ejus qs. verba jurarunt, ac unam eandemque fidem uno semper ore professi sunt. Neque est, quod quis objiciat: *Constantinopolitanum* subsequutum multa adeo Nicæno huic ut imperfectiori adjecisse, ut in jus ac nomen plane illius propterea commigrarit; cum semel ab universa Ecclesia approbata symbola mutationem nequam subeant: certum etiam sit, quicquid illud apposuerit, id virtualiter, ut loquuntur, Nicænum in se comprehendisse ac majoris solum evidentiae causa fuisse postea adjunctum. Hinc statim duo illa symbola à Concilio generali tertio Ephesino pro uno fuere habita, ut ex VII. ejus canone liquet. Definitio ejus hæc fuit: *Non licere cuiquam aliam fidem afferre vel scribere vel componere, quam, qua à sanctis Patribus, qui Nicæa congregati sunt, in sancto Spiritu definita est. Eiusdem igitur tertii concilii auctoritate posteriores adducti, primis illis duobus symbolis parem honorem communi sententia tribuerunt; ita ut ambo ipsa symbola pro uno accepto semper immutabilia permanerent, ut loquitur Marcus Ephesinus in Synodo Ferrariensi Sessione V. Et quamvis toto orbe terrarum simul ambo celebrarentur, de primo tamen symbolo tertium cateraque concilia mentionem facere: cum pro ipsius primi concilii auctoritate & existimatione, quod majore Patrum numero celebratum fuerat, quoque veluti ceterorum conciliorum fundamentum haberetur, tum etiam quod eodem ipso Nicæno symbolo Christianorum plures, qui que denuo baptizabantur, frequentius uterentur, tum denique quod alterum à primo potestate continebatur. Præterea ut boni Oratores solent in foro rebus usitatis maxime inniti, ita etiam Concilium tertium, quo symbolo magis homines uti videbat, pro eo tantum decrevit atque prohibuit, cum præsertim secundum symbolum expositio primi, non autem ipsius aliqua mutatio fuerit. Ut idem inibi Marcus. Canones vero ad disciplinam solum & bonum ordinem facientes, prout è re Ecclesiæ esse visum fuerit, immutari possunt. Videre hoc ex illo est, quod cum in primo Apostolorum concilio abstinencia à sanguine & suffocato essent injuncta, quo tanto facilius Judæi & gentiles in unum corpus coalescerent, canon iste post cessante ejus causa fuerit*

fuerit abrogatus. In quovis ergo concilio Patres congregati vel priorum conciliorum canones confirmavere, vel novos pro re nata condiderunt; adeò ut cum *in II. & III. Constantinopolitanis V. & VI. Oecumenicis* de fide tantum actum fuisset, sub *Justiniano*, qui *εὐνόμητος* à naribus abscissis dictus est, septem & viginti supra ducentos Episcopi iterum convenerint, atque ad Ecclesiasticam rem constituendam canones ejusdem Imp. auctoritate confirmatos ediderint. Synodus illa propterea *Sexta* itidem appellata est *ὅτι τῆς ἕκτης ὑπερημα τὴν τῶν κανόνων ἔκθεσιν αὐτῆ ἀναπλήρωσε*: vel *πενθέκτη* (Latinis *quinisexta* vel *quintosexta*, uti *Phranzes* lib. 3. cap. 19.) quod simul ea quae *quinta & sexta* deerant supplerit. Illud *Zonara*, hoc *Balsamoni* observatum. Canones hocce & reliqua conciliorum acta colligere non tamen prisus, quam hujus & prioris seculi viris quibusdam eruditis, curæ fuit. De *Nicani* concilii actis id testatur *Secrates* l. 1. histor. c. 5. & l. 2. c. 13. atque hinc etiam est, quod adhuc fruimur veteri illo canonum codice, qui in synodo Chalcedonensi Ecclesiae universae auctoritate probatus ac post à *Justiniano* Imp. confirmatus, cura *Christoph. Justelli* J.Cti anno demum 1610. *Parisii* prodiit. Nostrorum circa collectionem hanc industriam præter *Crabbianam*, *Surianam*, *Venetam*, *Binnianas* actorum synodalium editiones, testatur ultima Conciliorum omnium tam Generalium quam provincialium collectio Regie quæ *Parisii* prodiit è Typographeo Regio tomis XXXVII. in folio Anno 1644.

IIX.

Convocatio conciliorum recte ab eo fit, penes quem summa est in populo potestas.

Certe cum in religionem non minus, quam civilem administrationem summa potestas omni cura cogitationeque incumbere teneatur; omnia, quibus cultus divinus promoveri, & religio puris suis ac primævis fontibus conformis conservari possit, tum alia ad istam externam potestatem facientia providere pro virili debet atque administrare. Quibus præ-

standis

standis cum haud leve momentum afferant concilia pro re-
 ligione & fide Christiana contra hæreses & schismata subinde
 nascentias celebrari solita, & horum convocationem eidem
 merito competere manifestum est. Religionis vero curam, sive
 τὴν ἐξω ἑπισκοπὴν circa res & Personas Ecclesiasticas principi
 competere, nullus credo negabit, nisi cui Ecclesiasticis fasces
 opibus emta mens est. Etenim cui summa reip. cura est de-
 mandata, & ea quoque commissa reor, sine quibus salus reip.
 procurari non potest. Positio enim sine simul ponitur jus ad
 ea, quæ ad illum obtinendum faciunt. Quæ inter cum haud
 postremum locum religio sibi vendicet, quippe quæ συνέκτικόν
 ἀπίσης κοινωνίας, coagulum est omnis societatis, & ad magnas reip.
 utilitates in civitatibus retinetur, ut Plutarchus & Cicero nos docent;
 male tam publicæ utilitati, quam dignitati summæ potestatis
 consulerit, qui eam in alterius, quam hujus potestate sitam
 contenderit. Nam cum eorum ὧν ἀνευ πόλις οὐκ ἂν εἴη sine qui-
 bus civitas esse non potest: πρῶτον, seu primum ac precipuum sit
 ἢ ὡς τὸ θεῖον ἐπιμελεῖα, teste Arist. 7. Polit. 8. eam summæ
 potestati subtrahere, est alteri subjicere, atque sic duas sum-
 mas in uno populo agnoscere, potestates, quod naturæ ipsius
 summitatis repugnat. Ita proprium ergo principis est curare
 & tueri sacra, ut veterum plerique duo hæc munera Sacerdo-
 tium & regnum habuerint conjuncta. Sensit ita Diotogenes
 Pythagoricus ap. Stobæum serm. XLVI. de Regno, qui tria in legi-
 timo rege requirit, ut belli dux sit, ut iudex, ut sacerdos. Verba
 ejus, ἀνάγκη τὸν τέλειον βασιλέα στρατηγόν τε ἀγαθὸν ἡμῶν, καὶ
 δικαστήν, καὶ ἱερέα. Exemplis quoque constat Reges ac Impp.
 etiam gentiles jure suo muneri convenire hoc arbitratos,
 ut religionibus jure divino populum devincirent, quod de Numa
 Tacitus 3. anal. Veteris Testamenti seu Judæorum Reges Idem
 jus divinæ etiam legis auctoritate exercuisse legas, neque id
 per novum Evangelii pactum summis potestatibus fuisse subla-
 tum, juxta Sedulis illud.

Non arripit mort alia, — Qui regna dat coelestia,
In hoc potius Reges (verba sunt Augustini contra Crescon. 3. c. 51.)
sicut eis divinitus precipitur, Deo serviunt, in quantum Reges sunt, si in
suo regno bona jubeant, malis prohibeant, non solum que ad humanam
societatem pertinent, verum etiam, que ad divinam religionem. De-
bet Imperator advertere, scribit Leo I. ad Imp. Leonem, regiam
potestatem non solum ad mundi regimen, sed maxime ad Ecclesie pra-
sidium collatam. Quæ Ecclesie defensio non eo tantum exten-
ditur, ut vim, fraudes, turbas & externa mala ab Ecclesia ar-
ceant, ut exponunt Lipsius lib. advers. Dialog. c. 2. & Bellarm. 3-
de membris Eccl. mil. c. 18. sed quoniam majus periculum ab
internis, seu religionis diffidiis extimescendum, haud probe
curasse officium suum Princeps putandus est, si obviam
ire in tempore hisce neglexerit. Hinc Imp. olim, etiam
Christiani Pontifices Maximi fuere, & Pontificalem vestem
à pontificum acceperunt collegio, ut veterum testimoniis pro-
bat Gold istus in Epist. dedic. Tom. 3. Constit. Imp. & Casaubonus
commentario in Suetonii Augustum c. 31. Nobis, inquit Justi-
nianus. Imp. Orat. ad Mennam ap. Baron. tom. 7. anno 538.
n. 33. semper studio fuit atque etiam nunc est, & irreprehensibilem
Christianorum fidem, statumque sanctissimum Dei Catholice & Apo-
stolice Ecclesie perturbationum expertem usquequaque custodiri. Hæc
nobis prima & antiquissima cura est, per quam & nobis in presenti
seculo Imperium à Deo traditum esse & conservari credimus, & resp.
nostra inimicos subdi. Fixum igitur maneat, summæ potestatis
esse quam maxime providere, ne in iis, quæ religionem & exter-
num Dei cultum attinent, respubl. detrimenti aliquid capiat.
Quod ulterius probare cum nostri non est instituti, tum jam
ante Henningus Arniseus magnum quondam hujus Acade-
mie lumen 2. de juribus majestatis c. 3. Hugo Grotius ope-
re postumo de Imper. summ. Potestatum circa sacra, & Cl.
Dn. Praeses disp. de jure majest. circa sacra, alii satis superque
præstitere.

IX. Jure

IX.

Jure ergo Imperatores olim hoc fecerunt, quando toti fere Christiano orbi absolute imperabant.

Nota hæc sunt dectis, ideoque nec multis probanda, ne lumen soli mutuari videamur velle. Quid enim manifestius *Socratis* illo, quod in *proœmio*. V. sui *historiarum* posuit: ex eo tempore, quo *Constantini* esse cœperunt, *Ecclesia* negotia ab illorum nutu pependisse; atque adeo maxima concilia de eorundam sententia fuisse convocata. Testantur idem non *Impp.* solum mandata & ipsarum *Synodorum confessiones*, verum etiam præces & humillimæ *observationes* à Romanis *Episcopis* ad *Impp.* directæ, quibus tamen non raro locus fuit denegatus. De *Nicæno Oecumenico* I. *Eusebius* testis oculatus de vita *Constantini* lib. 3. c. 6. *Constantinus*, inquit, deinceps *Concilium generale*, tanquam quendam *Dei exercitum* instruens, in unum locum cœgit, & *Episcopos* undique per *litteras honorifice scriptas*, ut eo maturarent, accivit. *Gemina* hisce ponit *Socrates* l. 1. c. 5. *Sozomenus* l. 1. c. 16. *Theodoretus* l. 1. c. 7. & *Nicetas* in *Thesauro* l. 5. c. 5. ipsa eadem *synodus* *Epistola* ad *Ecclesiam Alexandrinam* ap. *Socrat.* l. c. 6. & *Theodoretum* 9. ejus libri: *Quoniam gratia Dei & mandato Sanctissimi Imp. Constantini*, qui nos ex variis civitatibus & provinciis convocavit, magnum & sanctum concilium *Nicenum* coactum est. Ibidem ipse *Constantinus* ad eandem *Ecclesiam* scribens: magnam, inquit, *Episcoporum turbam Nicæam* accersivi. Adeoque immerito falsitatis arguitur, *Pighius* à *Bellarmino* l. 1. de concil. & *Ecclesia* c. 13. quod *Conciliorum generalium* convocationem, *Constantini* inventum esse afferat, l. 1. de *Eccles. Hierarch* c. 6. cum *Ruffini* verba l. 1. c. 1. *Constantinum* ex sacerdotum sententia concilium indixisse; nihil aliud quam consilii communicationem evincant, quæ quo minus ipsius inventum sit, causa esse nequit. Sic, ut alia præteream, *Sardicense* consilium,

quod & ipsam Oecumēnicum à multis cēsetur, ab Imp̄p. legi-
 tur congregatum, apud Theodoretum l. 2. c. 8. Socrat. l. 2. c. 16.
 Nicephorum Callistum l. 9. c. 12. *Visa enim audacia Eusebianorum*
Episcoporum ab religiosissimis Imp̄p. Constantino & Constante, scribit
Athanasius Apologi 2. iussi sunt Episcopi Orientis & Occidentis
Sardicam convenire. Et Osius Cordubensis ad Constantium
scribens: Fui ipse in Sardicensi consilio, cum tu tuusq; frater B. Con-
stantius nos omnes eo convocabat. ap. Athanas. Epist. ad Solitarios.
 De Constantinopolitano I. Oecum. contra Macedonium So-
 crates, l. 5. c. 8. *Imperator (Theodosius) nulla mora interposita Conci-*
lium Episcoporum ipsius fidem amplectentium convocat; nec aliter
Sozom. l. 7. c. 7. Nicephorus l. 12. c. 10. An Ephesinum I. Oecume-
nicum III. Evagrio l. 1. c. 3. & Socrate l. 7. c. 33. testibus, Im-
peratoris (Theodosii junioris) mandato Episcopi ex locis
omnibus conveniunt. Ipsa synodus in actis: quoties se
congregatam meminit, toties Imp. auctoritatem agnoscit.
 Editio Græca canonum: ἡ ἀγία καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος ἡ ἐν
 ἐφέσω συγκροθεῖσα ἐκ θεοσιματῶν τῶν εὐσεβεπαίων βασιλέων.
 Et Epistola ad Celestinum P. R. Tom. I. Concil. post. acta Synod.
 Ephes. in libello Synodiarum Constitut. pag. edit. Surianæ
 794. *Secundum voluntatem Servatoris nostri omnium, & sanctionem*
pietissimorum & Christi amantium Imp̄p., in Ephesiorum Metropoli
ex multis & variis provinciis pluraquam ducenti numero Episcopi con-
gregati—cum universi convenissemus propter Imp̄p. denunciations
ac comminationes Quod si coactor hujus Cælestinus fuisset, Pa-
tres ad illum scribentes certe non reticissent, se ipsius volunta-
te ad synodum convocatos. Alteram item Ephesinum,
cui exitus truculentus λησρκῆς nomen indidit, idem Theo-
dosius junior indixit. Ipse Leo Romanus hoc fatetur Epist.
12. ad eundem Theodosium: Pietas vestra, ait, quæ in honorem Dei
religiosissima Catholicam diligit veritatem, apud Ephesum constituit
Synodale concilium. Et in actis, quæ inseruntur Act. 1. concil.
Chalced., Theodosius & Valentianus ad Dioscorum: Sancimus
in unum sanctissimos & Deo placitos convenire viros. Perierat antea
 Leo ab Imp. ut intra Italiam synodum juberet coire, verba
 ejus

ejus Epist. 9. ad Theodosium: *Pro integritate fides Catholica Chri-*
stianissimum principem convenit esse sollicitum — Unde si pietas vestra
suggestioni ac supplicationi nostrae dignetur annuere, ut intra Italiam
habere jubeatis Episcopale concilium &c. Nec negare potuit Ba-
 ronius tom. 6. anno 449. num. 36. invito etiam Leone Ephe-
 sini hujus celebrationem peractam. Cum vero tantæ expe-
 ctationi eventus nullo modo responderet, fide per Dioscorum
 non leviter incrustrata; Leo iterum ad preces confugit.
 Ostendit hoc Epist. ejus 24. ad Theodosium; *Omnes partium*
Ecclesie nostrarum, omnes mansuetudini vestrae tum gemitibus & la-
erimis supplicant Sacerdotes, ut generalem synodum intra Italiam
jubeatis celebrari. Quod etiam Liberatus Breviarii c. 12. Leo audi-
 ens legatorum suorum suggestionum, (eorum sc. qui Ephesi fuerant)
 literis Theodosium Imperatorum, & Pulcheriam Augustam regat, ut
 fieret intra Italiam generale concilium, ut aboleretur error fidei, per
 violentiam Dioscori factus. *Valentinianum autem Imp. & Eudoxiam*
uxorem ejus, ad memoriam B. Petri, cum multis Episcoporum, genibus
provolutis Romanus Pontifex deprecatus est, ut Imperatorem Theodo-
sium hortaretur, aliam fieri synodum. Neque tamen impetrare
 potuit, quamdiu Theodosius imperio præesset, uti testatur
 Antoninus histor. part. 3. tit. 22. c. 13. & Leontius de sectis Act. 4.
 οὐαλεντινιανὸς ὀχλῶμεν ὑπὸ Λέοντι & Πάπῃ, γράφει Θεο-
 δοσίῳ τῷ μικρῷ, ἵνα ὑπιτρέψῃ σὺν ὁδοῦ γενέσθαι εἰς τὸ γνῶναι εἰ κα-
 λῶς ἔκρινεν ὁ Διόσκορος, ἢ ὄχι. Ὁ δὲ Θεοδοσίος ἀντιγράφει αὐτῷ,
 μέγαν, ὅτι ὄχι ποιῶ ἄλλην σὺν ὁδοῦ. Mortuo vero Theodosio se-
 quente anno, & quidem propterea, quod Pontificiam sibi ar-
 ripuerat auctoritatem, ut Baronius somniat citato loco; à Mar-
 tiano demum inciditur Chalcedonensis synodus IV. Oecu-
 menica: ubi ne hoc quidem Papæ precibus est concessum, ut
 in breve tempus concilium differetur. Rursus hic plurimo-
 rum instar est ipse Leo Epist. 43. ad Marcianum: *Poposceram*
quidem à gloriosa clementia vestra, ut Synodum, quam ad reparandam
Orientalis Ecclesie pacem à nobis etiam petitam, necessariam judica-
stis, aliquantisper differri ad tempus oportunius jubiretis. — Sed quia

pio studio humanis negotiis divina preponitis, ego vestris dispositionibus non venitor. Per sequentia secula si pergam, vereor in re aperta ut fastidium creem. Nempe hac nota & signo dignoscatur, an concilium fuisset generale, si à Principe coactum esset. Sic Cedrenus, ubi de topicis agit synodis, αὐτὸν οἰκουμενικῆν, inquit, γὰρ ὄνομασιν, ἐκλήθησαν δὲ οἰκουμενικῆν, διότι ἐκ τῶν βασιλικῶν οἰκῶν πᾶσαν τὴν Ῥωμαίων πολιτείαν ἀρχιερεῖς μετακλήθησαν. *Oecumenica concilia sic dicta sunt, quod imperiali auctoritate ac iussione omnes, qui sub imperio Romano erant, sacerdotes ad ea convocarentur.* Cujus si parum forsitan te moveat auctoritas, eximius est Hieronymi locus, qui non legitime convocatam synodum ut ostenderet, *Doce, ait, quis imperator hanc synodum jussit congregari.* Apolog. ac Ruffin. l. 2. Nec generales tantum coire jubeat Imperator, sed & τοπικὰς, ut historiam Ecclesiasticam vel leviter tantum intuenti liquere potest.

X.

Quin & designarunt, quotnam, & quos, concilio vellent interesse, eosque, aut per se, aut per alios, elegerunt, loco etiam & tempore indictis.

Sic Constantinus M. cum Arelatensem synodum, ad causam Cæciliani Carthaginensis judicandam, indiceret, Chresto Syracusarum Episcopo injungit, *ut duos secum sumat alios Episcopos, ex secunda sede, quos voluerit.* ap. Euseb. histor. Eccles. V. c. 5. Ad Miltiadem & Marcum similiter scribit, *jubetq; Romæ, ad eandem Cæciliani causam decidendam, synodum congregari, non solum ipse Miltiade presente, sed & Rhetico, Materno, & Marino, κολληγῶν, inquit, ὑμῶν, quos etiam ad concilium Romanum festinare mandavi.* Cum ipso Cæciliano decem Episcopos venire vult, qui eum criminabantur & totidem alios, à quibus defendi posset, teste eodem. d. l. Ita etiam

etiam missa Imp. *ἐγκύκλια* ad Metropolitanos, & plerumque
 ipsis cœpiscoporum electio demandata, ad efficiendum eum
 numerum, quem Imp. præscripsissent. Inde Theodosius &
 Valentinianus, cum Ephesinam I. congregatam vellent, Cy-
 rillo Alexandriae Episcopo scribunt: *Curabit pietas tua, post
 futurum sanctum Pascha, venire in Ephesum Asia, sub ipsam Pente-
 costes diem: efficietq₃, ut una adsint sanctissimi sue perfectura Episcopi
 pauci, quos ipsa elegerit.* — Similia scripta sunt à nostro numine, de
 ante dicta sanctissima synodo, *Die amantibus Episcopi, earum, quæ ubiq₃
 sunt matricum urbium.* Similis huic Epistola eorundem Imp.
 in acta Concil. Chalced. p. 16. Tom. 2. concil. relata, *quæ jubet
 Dioscorum, assumtis secum decem Metropolitanis Episcopis, sub ejus
 diœcesi, & aliis similiter Episcopis, sermone & vita ornatiss, proximis Ca-
 lendis Augusti, Ephesum (ad secundam ejus nominis synodum)
 convenire, nullo scilicet alio, præter prædictos viros, sanctam synodum
 molestante.* In alia Epistola ad eundem, Theodosium Imp. Bar-
 sumam Presbyterum & Archimandritam adesse vult Ephesinae synodo,
 & locum tenere cunctorum Orientalium Archimandritarum. No-
 minatim quoque Theodoretus vetatur adduci. Eundem
 ordinem in Nicœna & Constantinopolitana primis observa-
 tum fuisse, perquam verisimile est. Et merito eos hac pote-
 state usos, tum hodie etiam summis Potestatibus idem licere,
 rationes evincunt. Sane si summa Potestas, de judiciis legis-
 latura, optimos quosque Jctos in consilium advocabit, si de
 bellis deliberatio sit, rei bellicæ peritos; eodem jure & in
 Ecclesiasticis consultationibus utetur, cum religionis cura
 non magis ad eam, quam aliarum rerum pertineat, ut ex
 superioribus innotuit. Adeoque recte Marsilius Patavinus
 dict. 2. defens. Pacis c. 19. *Legislatores ad hoc etiam obligantur, eli-
 gendo personas idoneas, ad concilium integrandum, eisque de necessariis
 temporalibus providendum, & venire recusantes, ad hoc tamen ido-
 neos & electos, tam sacerdotes, quam non sacerdotes, propter utilitatem
 publicam, si oportuerit, compellendum.* Et mox cap. seq. *Ad solius
 humani legislatoris fidelis, superiore carentis, auctoritatem pertinet,
 aut ejus, vel eorum, cui, vel quibus, per jam dictum legislatorem, potestas
 hæc*

hæc commissa fuerit, generale concilium convocare personas ad hoc idoneas determinare, ipsumque congregari, celebrari, & secundum formam debitam facere consummari, rebelles quoque ad conveniendum -- tam sacerdotes, quam non sacerdotes, clericos, aut non clericos, licite secundum divinam & humanam legem, per coactivam arcere potentiam.

XI.

Idem jus Occidentis Impp. à Carolo M. usque, interdum exercuisse legas.

Nondum scilicet opinio illa impleverat orbem, solis Pontificibus omne jus circa religionem concessum, sed optimi quique Regum, & concilia Episcoporum indicebant, & iisdem à se coactis præsidebant, & denique suo nomine, si quid placuisset, promulgabant. Sic Caroli M. auctoritate plurima Episcoporum concilia celebrata, præcipue annis septingentesimo nonagesimo secundo & quarto, & octingentesimo nono & dec. tert. ceu ex *annalibus Francicis*, & horum ex scriptore *Aimoino* apparet, ap. *Baronium* vero tom. 9. Anno 813. n. 16. legere est. anno DCCXCIV. Ad condemnandam heresin *Felicianam*, concilium Episcoporum, ex omnibus regni sui provinciis, in villa *Frankfurt* juxta *Mœnum* congregavit. Affuerunt etiam in eadem synodo legati Pontificis anno DCCCXII. Concilia jussu ejus super statu *Ecclesiarum* corrigendo, per totam Galliam ab Episcopis celebrata sunt, quorum unum *Moguntiaci*, alterum *Remis*, tertium *Turonis*, quartum *Cabillonis*, quintum *Arelati* congregatum est. *Rhemensis* concilii capitula dicuntur notata in conventu metropolitana sedis *Rhemensis* Ecclesie, à Dn. Carolo piissimo *Cæsare*, more *priscorum Impp.* confregato. tom. 3. concil. p. 281. Patris vestigiis filius *Ludovicus* institit, & *Aquisgranis* anno imperii sui tertio generalem sanctum convocavit conventum, ut loquuntur acta Tom. 3. p. 291. Leges quoque, qua civiles, qua Ecclesi-

Ecclesiasticas, & novas tulit, & veteres emendavit, ut *antier*
vitæ ejus scribit. Epistola Cæsarea præfixa Parisiensi Synodo,
impp. Ludovici & Lotharii, *quatuor simul synodos imperat, Mo-*
guntia unam, alteram Parisiis, item Lugdunensem & Tolosanam,
ut ex eodem tom. concil. tertio & *Aimoino l. 5. constat. Mel-*
dense à Carolo juniore seu Calvo, a. Ch. DCCCXLV, Valentinum
à Lothario, a. DCCCLV. VVormatiense à Ludovico II, Triburiense
ab Arnulpho, Erffordiense ab Henrico Aucupe, leguntur convo-
cata. Otto I. Romæ congregata Synodo, Joannem XIII. Pa-
pam deposuit & in ejus locum Leonem surrogavit, ut Regino
l. a. Platina in Joanne XIII, Luitprandus, aliique annotarunt.

XII.

Nec alios minus, partibus illis, Romano
imperio ereptis, imparantes Reges.

Ita Vandalorum in Africa Reges, postquam ea potiti
sunt, hoc jus sibi vindicaverunt, ut testatur *Notitia vetus pro-*
vinciarum & civitatum Africæ, à Sirmondo edita, in qua conti-
nentur Nomina Episcoporum Catholicorum, diversarum provincia-
rum, qui Carthaginem ex præcepto regali venerunt, pro reddenda ratio-
ne fidei, anno VI. Regis Hunerici. Primi Francorum Reges, per ean-
dem potestatem plurimas synodos in diversis Galliarum ci-
vitatibus coëgere. Aurelianense I. Clodoveus indixit, ipsismet
concilii Patribus id affirmantibus, in rescripto synodi capit. 2.
ubi Regem sic alloquuntur: Quia tanta ad religionis Catholice cul-
tum gloriosa fidei cur. vos excitat, ut sacerdotalis mentis affectu, sacer-
dotes de rebus necessariis tractaturos in unum colligi jusseritis, secun-
dum vestra voluntatis consultationem, & titulos quos de aistis, ea que
nobis visa sunt definitione respondimus, tom. 2. concil. p. 372. Idem
Clypiacense convocavit teste Aimoino l. 4. c. 41. Arvernensi con-
cilio Theodebertus congregationis tribuit potestatem Tom. 2. p. 633.
Turonica 2. juxta conniventiam gloriosissimi Domini Chariberti annu-
entis

D

entis

enti dicitur coadunata. Id. p. 642. *Aurelianense V.* Childebertus Rex imperavit, ut docemur p. 650. & *Pictaviense* ut Gregorius *Turonensis* refert. l. 10. c. 11. *Toletanum III.* Reccaredus Hispaniæ Rex, a. DLXXXII. dicto conc. tomo p. 668. de quo can. 1. *Gloriosissimus princeps omnes regiminis suis Pontifices in unum convenire mandavit.* Duo *Bracarenfis* ex præcepto Ariamiri Reges; nec non novem alia *Toletana*, celebrata leguntur ex præscripto, imperio, jussu, decreto, nutu, sanctione &c. Regis, Tom. 2. & tertio concil. *Matisconense I. & II.* ex evocatione *Guntramni* Regis coijt, ut acta referunt tom. 2. p. 678. *Tertium* vero à *Clothario* fuit in dictum, Baron. tom. 8. anno 617. n. 8.9. Quin ipse Gregorius Rom. eam potestatem in *Theodorico* Franciæ Rege agnovit, quando eum Epist. 54. l. 9. hortatur ad synodum habendam. *Vestra inquit, Excellentia Dei nostri mandatis inharrens, studium ad congregandam synodum pro sua mercede adhibere dignetur, ut omne à sacerdotibus corporale vitium --- potestatis vestrae imminente censura, & concilii definitione tollatur, & abscissum à radicibus amputetur.* Et disertius Epist. præcedente: *Iterata vos pro vestra mercede adhortatione pulsamus, ut congregari synodum jubeatis.*

XIII.

Hodie Rom. Pontifex injuste idipsum solus sibi arrogat.

Quasnam partes tam Orientis quam Occidentis Impp. tum etiam Reges in sua republ., circa conciliorum convocationem habuerint, ex dictis abunde constat. Nihilominus tamen, nescio quid, ogganniunt *Papolatæ*, dum suo numini semper hæc competiisse, in ista luce temporum & hominum, palam audent ementiari. Sic *Cochleus* in libro de conciliis, sic *Jacobatus*, *Bellarminus*, *Azorius*, cæterique Pontificii omnes. Argumenta horum egregia, si dñs placet, hîc non examinamus; hoc tantum dicimus: Si quid juris hac in re Papa obtineat,

tineat, necessario id ipsum aut divina, aut humana auctori-
 tate ad illum pervenisse. Sed non divina; quia nusquam è
 novi Testamenti verbis tale quid potest erui. Illud *pascere*
oves meas, quod pro ea asserenda ad ravim usque ingemi-
 nant, nihil evincit. Pascere enim docere est, non imperium
 habere, sicut recte cum aliis explicat Nonnus; ἀρνίας ἐμὲς ποι-
 μαινο σαὶ Φρονας ἀνθεσι βίβλων, i.e. *Pascito Petre meos scriptura fio-
 ribus agnos.* Quod si summum in Ecclesiasticis tribunal civi-
 li potestati eripere, & ad Petrum devolvere Christus voluisset,
 expressis magis verbis, utpote in maximi momenti re, senten-
 tiam suam declarasset. Sed posito quod Petro talis potestas
 fuerit concessa, (in quod tamen minime consentimus) quid
 vero hoc ad Rom. Pontificem? maxime cum viri præclari
 satis, inter quos nuper etiam magnus *Salmasius in appar. ad
 tract. de prim. Papæ* multis & gravibus argumentis, *Petrum
 nunquam Romæ fuisse*, docuerint. Ubicunque sane imperio
 opus est per vim cogente ac jubente, quo profecto in con-
 ciliis quoque, nihil isthic juris habent verbi divini ministri,
 in quibus olim etiam ipse Papa, utpote cui cum omnibus ab
 ipso Petro dictum sit 1. Epist. 5. 3. *Pascite Dei gregem qui penes
 vos est, non ut dominantes cleris.* Humana vero auctoritate Papam
 hoc accepisse, nec ejus auctoritatis concesserint, & veteris Eccle-
 siæ consuetudo refutat. Locum & tempus Impp. constitue-
 bant, personas quas adesse vel abesse volebant nominare con-
 sueverant, ut in superioribus ostensum. *Quo pacto vero non sit
 turpe, Episcopum ea ambitiose affectare, quibus par est, Regem ipsum
 gloriari*, inquit eleganter *Nilius.* Verba ejus μάλλον δὲ πῶς οὐκ
 ἂν ἀιχύνῃ, διὰ τῶν τῶν ἱερέα καὶ φιλοπρωτοῦ, ἀφ' ὧν ἴσθι μέγα
 καὶ τὸν βασιλέα φρονεῖν, 2. *de primatu Papæ.* Licet enim non negem-
 mus, Papam, pro nova illa dominatione, quam sibi comparavit,
 ut alium quemvis principem, vi coactiva pollentem, concilia
 suæ ditionis posse convocare; tamen prout Romanus est Patri-
 archa, & Petri successor vult saluteri, universale aliquod totius
 Occidentis concilium non aliter congregare poterit, quam
 permisso

permissione tot Regum ac Principum, qui ut in possessione sunt prisci illius Imperii, ita quoque juribus priscorum Imp. gaudent: & sic nihilominus ab hisce conciliorum pendeat coactio.

XIV.

Patriarchæ quidem & Metropolitanæ idem in suis diocæsesibus & provinciis usurparunt, sed permissu, imo mandato, summæ illius potestatis.

Cum synodorum convocatio persæpe sub diverso Ecclesiæ gubernandi modo variarit, ut plane & perspicue omnia, haud abs re erit, de Ecclesiastico regimine paucula hîc intexere. Certum vero est sacris literis, Apostolorum neminem præcepto divino superiorem cæteris constitutum. Nec Episcopos ac presbyteros, qui ab hisce ad Ecclesiam regendam assumebantur, ab iisdem distinctos. Unde *Hieronymus* in Epist. ad Tit. 1. 5. *In actibus Apostolorum scriptum est, inquit, quod cum venisset Apostolus Miletum, miserit Ephesum, & vocaverit Presbyteros Ecclesiæ ejusdem, quibus postea inter cætera sit locutus; Attendite vobis & omni gregi, in quo vos Spiritus S. posuit Episcopos, pascere Ecclesiam Domini, quam acquisivit per sanguinem suum. Et hoc diligentius observate, quomodo unius civitatis Ephesi presbyteros vocans, eosdem Episcopos dixerit, &c.* Haud ergo operosè probare necessum est, commune fuisse primitus Presbyteris omnibus Episcopi nomen, (quod *inspectorem* proprie) cum ea vox multo etiam latius in profanis scriptoribus; quæ de *Rittershusius* ad Novell. part. 1. c. 7. Obtinuisse vero sic statim Apostolicis temporibus videtur, ut unus inter presbyteros, qui honore præ cæteris eminebat, κατ' ἐξοχήν, diceretur Episcopus. Talem in Alexandrina Ecclesia constituit electio, ubi à Marco Evangelista ad Heraclem & Dionysium usque (medio
hic

hic seculo III.) presbyteri semper unum ex se electum, in excelsiori gradu collocatum, Episcopum nominabant, attestante Hieronymo Epistola 85. ad Evagrium. Ordinis primatus, seu *ἐκ τῶν κρείττωνων*, quæ ex ordinationis tempore, aliis in locis servabatur, ut primo moriente sequens locum ejus occuparet, ultimus in electione, ultimum locum teneret; seu ut breviter auctor commentariorum in Epist. ad Ephes. 4. qui Ambrosius vulgo: *recedente uno, sequens eum succederet.* Alibi aliter fortassis. Hinc Episcoporum Catalogi apud Irenæum, Eusebium, alios, qui omnes ab Apostolica ætate incipiunt. Verum hic primatus nihil ultra merum honorum, *equaliter inter plures Ecclesie cura divisa.* Nullus igitur, si ablandiens aliquis error concilium poscere videretur, auctoritative, ut ita loquar, id ipsum poterat congregare, nisi forte auctoritas illa, tam à fidelium multitudine, quam à reliquis suæ gentis compresbyteris, sibi foret concessa. Nec enim Apostoli, aliique Actor. XV. per aliquem è suo numero convocati leguntur, sed solum, quod convenerint Apostoli & presbyteri, videre de verbo hoc; qui mos sine dubio hisce defunctis aliquamdiu remansit. In toto deinceps orbe decretum est, ut unus de presbyteris electus, superponeretur ceteris, ad quem omnis Ecclesie cura pertineret, inquit Hieronymus in Epistola ad Tit. Causam idem indicat Epistola ad Evagrium, in schismatis scilicet remedium factum esse; ne unusquisque ad se trahens Christi Ecclesiam, rumperet. Aliam, quæ alibi dubio procul, auctor comment. in Epistolam ad Ephes. quia cœperunt sequentes presbyteri indigni inveniri ad primatus tenendos, immutata est ratio prospiciente concilio, ut non ordo sed meritum crearet Episcopum multorum sacerdotum judicio constituentum, ne indignus temere usurparet, & esset multis scandalum. Eligebatur itaque Episcopus, cujus & eruditio, & spectata probitas, id videbantur promereri. Potestas major ita promotio tribuebatur, & ad unum omnis sollicitudo spectabat. Cœpit hoc seculo post natum Christum secundo, quamquam alibi fortean terius, vel minus sero, prout Ecclesie salus flagitaret. Si ergo alicujus momenti quæstio incidere, quisque Episcopus presbyteris suis & senioribus congregatis, poteram du-

bium illud decidere. Ausus vero aliquis erat fidem toto orbe
 approbatam vel leviter inflectere, nemo indicendi concilii po-
 testatem sibi sumebat, sed Episcopi omnes, pro ardore illo quo
 in redemptorem suum ferebantur, sponte confluebant, loco qui o-
 mnibus placuerat, nec prius quiescebant, quam de medio malum
 sustulissent, & securitati ovium Christi prospexissent. *Sic fideles
 per Asiam sepe conveniebant ex multis Asiae locis, ac nuper natas contro-
 versias examinabant & profanas pronuntiabant, heresesque reprobantes
 Ecclesia ejiciebant & excommunicabant, teste Eusebio hist. Eccles.
 l. 5. c. 14.* Hæc prisca Ecclesiae praxis erat, nisi quando perse-
 cutionibus prohibebantur, alias non obstante ullo Imperi-
 ali edicto. Erant tum in frequenti usu literæ quæ dicuntur
*Ecclesiastica, communicatoria, formata, Græcis κανονικῆ, εἰρηνι-
 κῆ, συστατικῆ, quas Episcopi Orientis & Occidentis, tan-
 quam fidei suæ tesseræ, invicem mittebant, ut earum com-
 munionem societatem ejusdem religionis, & ut loquitur Tertul-
 lianus de præscript. c. 20. communionem pacis & contesserationem
 hospitalitatis ostenderent.* Non erat qui se caput Ecclesiae ja-
 ctaret, sed solus Christus unicum solum caput agnoscebatur.
 Episcopi singulis Ecclesiis præfecti, cum suis presbyteriis, &
 propriam sibi quisque peculiari cura, & universam omnes in
 commune regentes, optimam Aristocratiae formam refere-
 bant. *Nemo vim cuiquam faciebat aut legem dabat, sed habebat
 in Ecclesiae administratione (verbis utor Cypriani Epist. 72. ad Ste-
 phanum Episc. Romanum) voluntatis suæ arbitrium unusquisque
 præpositus, (Episcopus) rationem actus sui domino redditurus.* Honor
 vero præ cæteris habebatur illis sedibus in quibus Apostoli ipsi
 aut docuissent, aut doctrinam cum sanguine suo profudissent & apud
 quas ipse authentica litera eorum recitabantur, sonantes vocem & re-
 presentantes faciem uniuscujusque, uti Tertullianus libri ejus quem
 modo citavimus cap. 36. Quas inter cum caput efferret civitas
 Dominatrix Roma

Quantum lenta solent inter viburna cupressi.

ut Poëta canit; Ejus Episcopo cæteri omnes primas haud in-
 vito detulerunt; sed tamen ut fratrem haberent fratrem, no-
 minarent,

minarent, non Pontificem opt. max., non Dominum Deum nostrum, ut hodierni parasitæ. Mos deinde invaluit ut singularum provincialium Episcopi, qui ante omnes sui juris, Metropoleos suæ Episcopum primum sibi constituerent, ab eoque consilia, si quid dubii suboriretur, peterent. Confluebant in metropoli totius provinciæ negotia, Præsidente de civilibus ibidem respondente, quod ansam huic indubie. Sed honoris potius, quam potestatis hæc primum prærogativa. Temporis progressu, in legem abiit, quod initio gratuitum erat. Confirmatus nempe is honores in Nicæna synodo, imo potestas addita, Ecclesiæque negotia devoluta ad Metropolitanum unius arbitrium. Sic tamen ut nihil absq; provincialium consensu, neque hi absque illius. Concilia provincialia quæ vocant, ille solus indicebat, imo bis quotannis tenebatur, itidemque præsidebat. Omnes autem Metropolitanæ æquales erant, omnium æqualis potestas. Urbium splendor honoris primatum quibusdam conciliabat ante cæteros Metropolitanos, (τῆς τιμῆς πρεσβείαν Nicænus vocat canon) quo præ reliquis *Romanus, Alexandrinus, Antiochenus & Hierosolymitanus*. Additus post à II. Oecumenica Constantinopolitanus, quod νέας ῥώμης esset Episcopus. Præcipua eorum dignitas prima sessio in synodis, si quando Oecumenicæ ab Impp. cogebantur, iisdem primi subscribebant. Sed Imperio in dioceses divisio, & crescente indies ut opibus ita & ambitione Ecclesiæ, hæc quoque τῆς πολιτικῆς καὶ δημοσίας τύπης est secuta. Novum scilicet jus hisce, quos jam nominavimus, Episcopis accrevit, ex civitatum & dioceseon quibus præerant amplitudine. Ordinabant Metropolitanos, concilia, quæ plenaria & diocesana, si necessitas exigeret, cogebant, adeoque summum penes eos rerum Ecclesiasticarum tribunal. Dicebantur ἑξαρχον διοικήσεων, πατριάρχαι, οἰκουμενικοὶ Ἐπισκοποὶ, quod in urbibus illis sedem, quæ τῆς οἰκουμενικῆς essent metropoles. Nemo vero ex illis jus majus habebat, licet Romanus summum semper dignitatis gradum. Quæ πρεσβεία

βεία sive, ut Dionysius vertit, *privilegia* διὰ τὸ βασιλεύειν τὴν πόλιν
ἐκείνην οἱ πατέρες εὐκότως ἀποδεδώκασιν, sere patres tribuere quod urbs
illa imperaret, ut chalcedonensis canon. XXVIII. Unde &
 Justinianus, cum vicem legum obtinere voluisset regulas à
 sanctis quatuor synodis expositas: *Ideoque sancimus, pergit,*
secundum earum definitionem sanctissimum senioris Romæ
Papam, primum esse omnium Episcopum. Primus igitur e-
 rat non potestate, sed dignitate; neque id instituto divino,
 sed quoniam Patribus, imo Imperatori, qui Patrum dein de-
 creta confirmabat, ita esset collibitum. Eoque malè con-
 cludit Bellarminus in tali argumento: *Concilia provincialia con-*
vocantur à Metropolitā, nationalia à primatibus, ergo generalia à Pa-
pa. Imperatores enim, (ex quorum nutu, ab illo tempore quo
Constantini esse cœperunt, Ecclesiæ negotia pependere, ut Socra-
 tes nos ante) cum ob imperii magnitudinem non possent Ec-
 clesiasticis æquè ac civilibus invigilare, partem curæ sacræ
 in Metropolitā & Exarchos transtulere: Non aliter ac in ci-
 vilibus summa potestas hinc inde iudices constituit, quorum
 arbitrio Imperii negotia committuntur, nihilominus apud
 se residente suprema jurisdictione. Illi ergo ex officio &
 mandato Imperatorum exsequi tenebantur, quicquid in con-
 ciliarum congregatione, & causarum decisione præstabant.
 Secus facientes, juxta canonum præscripta in ordinem co-
 gebantur. Oecumenicorum vero convocatio semper ab Imp. p.
 facta, quamdiu Oecumenicum penes eos Imperium; non
 Papa Romanus, vel alius quispiam hoc sibi arrogabat, ut in
 superioribus prolixè. Et quomodo auderet, cum nulla cui-
 quam extra diœcesin suam jurisdictione? Certe si ulla Romano
 Papæ in concilia Oecumenica potestas, Patres, qui tam sollici-
 ti in determinando Metropolitanorum, & ἐξάρχων jure fuere,
 id nunquam silentio prætermisissent.

XV.

Hodie si plenarium aliquod Germaniæ
 esset

esset cogendum, & Cæsaris & ordinum mandato id fieri deberet.

Non minus inepte faciunt, qui Oecumenicorum convocationem hodierno Imperatori assignant, quam qui ex Romanorum civili jure Oecumenicum Imperium, adeoque prisca Imperatorum jura, eidem assertum eunt. Dicebatur quondam Oecumenicum, ut supra quoque dictum, non quod τὴν οὐκισμένην, seu universum orbem, sed cultissimam potius orbis habitabilis partem, in se comprehenderet. Eadem significatione Oecumenicæ dicebantur synodi: quæ ex Orientis & Occidentis provinciis, Romano nomini addictis, essent collectæ. Sed quid Imperatori Germanico cum Oriente? Ne Occidentis quidem (ut olim erat) quicquam fere possidet, omni Hispania, Gallia, Anglia, & quod magis Italia urbeque ipsa sibi viventibus. Atqui cum Germaniæ hinc citius Rex, quam Romanorum Imperator audiat; sequitur, non Oecumenicum, sed plenarium rectius dici, quod hodie in Imperio nostro Romano Germanico potest congregari. Conciliorum vero convocandorum potestatem ab aliquot seculis passim sibi sunt eripi Reges & Principes per Romanum Pontificem. Saltem ex quo clerum divinæ legis privilegio omni civili jurisdictioni exemptum, totum ab uno Papa pendere, hunc item Christi vicarium esse ac visibile Ecclesiæ caput, superstitione nimis esset creditum. Idem ne provincialia quidem in Occidente à Metropolitibus cogi permisit, nisi suo prius impetrato consensu: quæ propterea in tantum intermissa sunt, ut suo jam tempore, seculo nempe XII. queratur Zonaras: νῦν δὲ τὸ τῶν συνόδων ἔργον πάντη καταπεφρόνεται, ὡς μεδέποτε γίνεσθαι. *Nostris temporibus synodorum ratio ejusmodi negligitur, ut ea omnibus omnino locis haberi desierint, ad can. V. Concil. Nicæni, & alibi passim.* Quantum hoc profuerit Pontificis dominaturi, meum non est his prolixè tractare. Non tamen puto vel Imperatorem hodiernum, vel Galliæ Regem, in plenario aliquo regni

regni concilio convocando opem Papæ implorare teneri. Sa-
ne cum Imperio Romano religionis curatio per transactionem Pas-
saviensem ad Comitia transierit, Caesaris simul & statuum erit con-
ciliarum in imperio convocatio, teste Lampadio de rep. Rom.
Germ. c. 12. n. XI.

XVI.

Etiam hoc ad summam potestatem per-
tinet in externis præsidere synodis, & cau-
sas tractandas, modumque tractandi præ-
scribere.

Præsidii, seu ut communiter, Præsidentiae vox nihil
aliud hic innuit, quam moderationem actuum concilii. Quæ
cum vel τὰ εἰσω τῆς ἐκκλησίας, interna Ecclesiæ & doctrinam
ipsam, vel τὰ ἔξω, sive externa, & quæ ad justum ordinem
faciunt, respiciat; illorum moderatorem Episcopum in sacris
litteris eruditum facimus, horum vero temperamentum sum-
mæ potestati reservamus. Ut enim se habet convocatio ad
concilium, sic & hæc in parte præsidendi munus; utrumque
inter externa religionis est, utrumque pars τῆς ἐξουσίας ὑπερ-
σχέσης, cui omnis anima debet esse subiecta, ut Paulus lo-
quitur, Rom. 13. 1. Hujus namque, & non Episcoporum est,
quatenus Episcopi sunt, ex jurisdictione coactiva omnia ex
ordine collocare, & pœnas temeritati debitas à turbulentis
repetere. In hisce officio suo præclare functus est Constantinus,
qui Episcopis in Nicæno Oecumenico I. congregatis, in sella ex
auro fabricata, summo loco assedit, ibique orationem hortatoriam ha-
bere cœpit, qua illos ad consensionem animorum & concordiam con-
moveret, referentibus Eusebio de vita Constant I 3. c. 10. So-
crate l. 1. c. 5. Theodoro l. 1. c. 7. Sozomeno l. 1. c. 18. Idem ad
Tyrensem synodum Dionysium Consultarem misit, ut omnium

7511799

verum eos admoneat: maxime vero, ut idem animi adversos sit & custos
 conservande equabilitatis & ordinis. Euseb. in vit. ejusl. 3. c. 42.
 Candidianum Comitem Theodosius junior concilio Ephesino
 I. adesse voluit, ut submoveat ex civitate inquietos (verba sunt
 literarum Theodosii ad synodum in act. Ephesinis quæ hinc
 merentur adscribi) qui turbare possent concilium, & prospiciat,
 ne qua gravior dissensio ex mutuo repugnandi studio coorta, & seiva
 tempestatis instar debachata, sanctissimæ synodi consultationem, ex-
 actioremque veritatis indagacionem, quovis modo obturber, tum de-
 nique det operam sedulam, ut omnibus & singulis, quæ dicuntur, rite
 perceptis; singuli inoffense, quod visum fuerit, in medium proponere,
 vel ab aliis propositum, si opus fuerit, refutare queant. De altero
 Ephesino, commonitorium extat ejusdem Theodosii ad Elpi-
 dium Comitem sacri consistorii, & Eulogium Tribunum &
 notarium, Vos, ait, elegimus administrum fidei, sicut probatos,
 & valentes diligenter nostris jussionibus ministrare; & de iis, quæ à
 sancta synodo Ephesi fuerint constituta, nullum tumultum per-
 mittere. Sed si quem viderint conturbationibus & tumultui stu-
 dentem, ad lesionem sanctæ fidei, hunc custodiae mancipare, & ad
 nostram perferre notitiam. Et causam quidem ordine provenire:
 interesse autem iudicio, & operam dare, celerem & circumspectam
 probationem à sancta synodo fieri, & nobis cogitam facere. **Actio**
I. Concil. Chalcedonensis. In hoc *Martianus Imper.* primus
 alloquitur synodum. Nobis, inquit, omne studium adhibendum
 est, ut populum propter veram sanctamq; doctrinam id ipsum sentientem
 uni recte applicare Ecclesiæ, & ideo veram fidem Catholicamque etiam
 exponere, vestra properet reverentia. Vetat ibidem aliter de na-
 tivitate Salvatoris disputare, quam Nicæna fides dicitaret. Nec
 sequentium trium vel quatuor synodorum, quæ universalibus
 vulgariter annummerari solent, testimoniis destitueremur,
 ni brevitati studeremus. Suffecerint, quæ veritas tam evi-
 dens *Cusanum Cardinalem* coëgit tateri: In universalibus octo con-
 ciliis, ubi Imperatores interfuerunt, & non Papa, Imperatores & iudi-
 ces suos cum seu a se primatum habuisse, & officium presidentiæ per in-
 terlocutiones, & ex consensu synodi conclusiones, & iudicium fecisse.

E 2

quemad-

quemadmodum scribit III. de concord. Cathol. c. XVI. Et
tantum de præsidentia in externis.

XVII.

Eidem & naturali & divino jure iudicium
in synodis competit.

Falissima est Pontificiorum doctrina, quæ extra Ecclesia-
sticum ordinem constitutos, (qui *laici* vulgo) brutorum in-
star sacerdotum vocibus vult alligatos, sive recte doceant,
sive non. Ita *Bellarminus*, comparisonem instituens inter
oves & pastores, l. 1. de concil. & Eccles. c. 15. & l. de summo
Pontif. c. 7. Commentum sane cleri dominationi utilissimum,
& jam olim in officina Pontificia proculsum, ut quos nec
vitæ integritas, nec eruditio ne vulgaris quidem commen-
dabat, tamen in gratia & veneratione essent, si soli pruden-
tia de Ecclesiasticis respondendi pollere viderentur. Annon
vero & laici *vetantur omni credere spiritui, sed probare spiritu, num
ex Deo sint*, 1. Joan. 4. 1. Num & hi jubentur *probare omnia,
quod bonum est tenere*, 1. Thessal 5. 21. Quod si omnia tenentur
probare; quis in concilio iudicium laico derogabit, præser-
tim si scripturæ sit intelligens? Non omnino male proinde
Marsilius Patavinus: *Ad hanc congregationem (concilium scili-
cet) fideles omnes obligantur, licet diversimode. Sacerdotes quidem,
eo quod eorum sit legem docere secundum ipsius verum sensum, & ea
procurare, quæ ad ipsius sinceritatem proficere possint, errores contra-
rios reprobare, ab ipsis quoque suis exhortationibus, argutionibus, in-
crepationibus, homines revocare: propter quod in persona omnium
Apostolorum loquens Apostolus 1. Cor. 9. dicebat: Necessitas mi-
hi incumbit, væ mihi, si non evangelizavero. Obligantur au-
tem sacerdotibus consequenter amplius reliqua multitudine qui periti
fuerint in lege divina. debent enim his aliquot excitare & convenire
sacerdotibus, præsertim si sufficienter ad hæc requisiti fuerint vel man-
dati.*

dati. Quoniam scienti facere bonum, & non facienti, peccatum est illi, ut scribitur Jacob. 4. Hæc Marsilius, loco quem ante citavimus. Si vero cuivis laico sacræ literæ hoc impertiuntur, cui etiam ipsa naturæ lex veritatis inquisitionem demandat: multo magis id Principi vel summæ Potestati liberum erit, cui singulari mandato Deus injungit, ut exemplum legis sibi ipsi describat, idq; penes se habeat, legatq; omnibus diebus vitæ suæ. Deuteron. 17. 18. Agnovit hoc ex parte ipsemet Nicolaus I. Papa Epist. 8. ad Michaelem Imperatorem quando ait: *Vbinam legistis Imperatores antecessores vestros in synodalibus conventibus interfuisse? nisi forsitan in quibus de fide tractatum est, quæ universalis est, quæ omnium communis est, quæ non solum ad clericos, verum etiam ad laicos, & ad omnes omnino pertinet Christianos.* Maxime ergo proderit concilio augusta Regis præsentia, non tam ad cohibendam turbulentorum temeritatem, quam exactius studium inquirendæ veritatis. Magno profecto cum Ecclesiæ emolumento Nicænæ synodo interfuit Constantinus, qui in media Episcoporum frequentia ac congressu adesse non dedignatus. οὐδ' αὖ τις κοινὸς Ἰησοῦκος & ἐν δεῦ καὶ Ἰσιδῶρος & tanquam communis à Deo Episcopus constitutus, κοινῶν δὲ fuit τῶν Ἰησοῦκομένων, ea que res, quæ ad divinam pacem spectabant, omnibus procuravit, ut Eusebii prodit in vita ejus lib. 1. c. 37. Evangelicæ enim & Apostolicæ libri, nec non antiquorum Prophetarum oracula, plane in instruunt nos, inquit, sensu numinis. (verba hæc Theodoretus l. 1. c. 7.) Proinde hostili posita discordia, sumamus ex dictis divini spiritus explanationes questionum. Vtriusq; vero patris rationibus, ut (Sozomenus scribit l. 1. c. 19.) non attentas solum verum & patientes aures præbuit; atque ut his, qui benedixerunt, assensus est: sic illos qui certandi studio ducebantur à contentione avocavit: cum singulis denique, quatenus eorum sermonem assequi & intelligere poterat, (nam ne Græcæ quidem lingua ignarus fuit) eatenus benigne ac placide disseruit. Arctius utinam optimi parentis vestigia filius Constantinus pressisset, nec munus hoc plane in alios rejecisset non tam per imprudentiam & præter voluntatem factus mancipium Arianae libidi-

nis, nec Ecclesia in tantum periculum, & extremum penè
 discrimen esset adducta. Neque tamen nullos penitus reliquit
 sectatores; sed *Theodosius*, major ille, in Constantinopoli-
 tano I. idem munus arripuit. Cum enim in regia adesset Episco-
 porum concilium, ipse blande cunctis appellatis, ut de propositis rebus
 veluti patres consulerunt, in medium hortatus est testificante id Theo-
 doreto l. 5. c. 7. Ab eodem Imperatore & Episcopis, qui eandem cum
 eo fidem amplexebantur, modis omnibus laboratum fuit, ut Eleusium
 (Episcopum partis Macedonianæ) cum suis ad concordiam fidei
 adducerent; Auctor Socrates l. 5. c. 8. in Chalcedonensi synodo
 Occumenica IV. Martianus Imp. presens fuit, & orationes ali-
 quot, si Evagrio credimus, in eadem habuit l. 2. c. 4. & 18. Illo ab-
 sente principes & senatores, qui medio inter Episcopos loco concedere,
 vicem ejus leguntur implese; sic tamen ut suffragia feren-
 tes, semper adderent: *Φαίνεται ἡμῖν δίκαιον, ὅσα μὲν τῷ*
Θεοτάτῳ καὶ εὐσεβεστάτῳ ἡμῶν δεσποτῇ, nobis justum videtur, modo
ita placuerit divinissimo & sanctissimo domino nostro ut Evagr. d. l.
 Nicephor. l. 15. c. 4. & seqq. lidem judices, cum major Episcopo-
 rum pars contenta esset dicere, duas esse in Christo naturas, nec
 quicquam ultra requirerent, consulto Imperator effecerunt,
 ut ad detegendas hæreticorum fraudes adderetur *ἀσυχῶτως,*
ἀτρέπῶς, ἀδιαπέτως καὶ ἀχωρῆτως, inconfuse, inconfertibiliter,
indivisibiliter. Et vero cum in præcedentibus aliquod synodis
 Impp. non adfuisse noscuntur, statim eo ipso omnem religionis
 curam abjecisse sunt putandi. Nonnulli enim τῆ Ἰαννουῖος
 post synodum se integros servarunt, sæpe per vicarios idem
 officium exercuerunt. Ac ut unum è multis; Constantio im-
 perante in Seleuciensi synodo cum Episcopis centum & sexaginta
 Leonas aderat, vir in aula Imp. perquam illustris: quo presente erat
 Imperatoris editto mandatum, ut de fide quereretur, ut Socrates
 refert. l. 2. c. 31. Quod autem per alios facimus, quibus au-
 thoritatem nostram elargimur, ejusdem & nos summo jura cen-
 semur effectores.

Maxime vero summæ potestatis est,
judicare de synodis, earumque acta con-
firmare.

Duo præcipue in conciliis tractari, tum quæ fidem & do-
ctrinam ipsam, tum quæ mores & disciplinam Ecclesiasticam
concernunt, jam ante audivimus. Breviter item exposuimus,
judicium de hisce in synodo optimo jure summo magistratui
competere; quippe cum non minus eruditus in sacris esse possit,
quam alia quævis persona Ecclesiastica. ἕκαστος δὲ κρίνει καλῶς
ἀγνώσκεις, καὶ τῶν ἑσθίων ἀγαθὸς κριτής. *Unus quisque recte judicet
ea, quæ e cognoscit, atque eorum est optimus estimator; ut bene monet
Arist. 1. Ethic. c. 3. Restat nunc, ut eundem post synodum
actorum quæsitorem & judicem legitimum probemus. Ac ut
de iis primum, quæ fidem; Synodos circa etiam certasse sæpius,
& adhuc per errorem labi posse, certum est. Errata vero illa
num quis putet per summam potestatem divulganda & exe-
quenda? An synodo fidem tribuere debbit, affirmati se non
errasse? Sed nullum erit concilium, quod hoc de se non dicat.
Pontificiorum ineptias hîc non moramur, qui omnem horum
certitudinem suspendunt à suo Papa Examinanda scilicet, se-
cundum scripturæ canonem, contra quem si quid statuerunt concilia,
nefas est, dicente Hieronymo. Cui vero potius convenit, non
modo ratione juris sed & officii, videre eὐ κατὰ τὰς θείας γενο-
φὰς συνέβησαν ἀλλήλοις (ut de se Constantius) quam summæ po-
testati. Illud quidem judicium, quod synodus repræsentat &
directivum vel declarativum potest appellari, omnes auctori-
tate antecellit; nec tamen præscribere principi vel credenda,
vel non credenda, facultatem habet, cum hujus solum sit im-
perare, cæterorum exequi. Neque obstat ineptitudo summæ
potestatis, ut quæ sacræ scripturæ, ex cujus præscriptio de con-
ciliis*

ciliis est judicandum, plerumque sit imperita. Eadem enim ratione de civilibus judicandi copiam eidem ademeris, cum contingere possit, ut sit *ἀπολιλωτάτη*. Quid? si hæc ratio valeat, quo jure Pontificibus idem jus attribues? cum *constet pures eorum adeo illiteratos esse, ut grammaticam penitus ignorent*, quemadmodum loquitur *Alfonso de Castro Minorita* l. i. adversi hæreses c. 4. Quo jure cæteris Episcopis judicium in synodis? cum hi ab aliquot seculis plus civilibus negotiis indulserint, quam Evangelii prædicationi, ad quam ut plurimum fuerunt ineptissimi. Minime ergo confundenda aptitudo judicandi, cum jure judicii imperativi, quo summæ potestates pollent, cum aptissimus quisque non statim jus istud habeat, aut qui per se aptus non est, judicium illud amittat. Quod regulas attinet politiæ sacræ gratia à conciliis positas nemo opinor tam bardus erit, qui dicat; posse aliquem recte fungi regio munere, & tamen curare, quæ leges valere debeant in republica sua, quæ non. Hoc enim summæ esset oscitantia. Quod si iste in civilibus neglectus summæ potestati vitio vertitur, multo magis in Ecclesiasticis, quanto nimirum sacra præstant profanis. Ejus ergo partes sunt, dispicere, an à synodo concepta, cum Ecclesiæ emolumento conjuncta sint, nec ne. Neque enim Episcopi leges in posterum valituras idonei sunt sancire, cum omnes lex vim cogendi habeat, ipsi vero nec jus habeant cogendi, nec vim & efficaciam si velint? quam proinde suis etiam legibus non possunt impartire. Si vero tale judicium non relinquatur ei potestati quæ inter hominis summa est, hæc pedariis poterit annumerari, quibus pura tantum executio demendata, absque ulla causæ cognitione. Multum vero hoc detrudere ejus majestati, quis neget. Et *Ἀγρυπώσεις* ergo, & canones suos, justè quondam supremo Impp. subjecere judicio antiqua concilia, formula solenni adhibita, quam perfectè nobis exhibet *μεσοφονητικὸς* sive dedicatoria Epistola (ut vulgata habet versio) Constantinopolitani I. ad Theodosium Imperatorem. *Ἀποδιδόντες τὸ*
ἴσως

ἰσθῶ τὴν ὀφειλομένην εὐχαρισίαν, ἀναγκαίως καὶ τὰ γεγονημένα
κατὰ τὴν ἁγίαν σύνοδον περὶ τὴν σὴν εὐσεβείαν ἀναφέρωμεν. καὶ
ὅτι σπευδόντες εἰς τὴν Κωνσταντινῶπολιν κατὰ τὸ γράμμα τῆς σὴς
εὐσεβείας, πρῶτον μὲν, ἀνενεωσάμεθα τὴν περὶ ἀλλήλων ὁμόνοιαν.
ἔπειτα δὲ, καὶ συντόμως ὅρας ἐξέφωνήσωμεν, τὴν τε πῶν πατέρων
πίσιν πῶν ἐν Νικαίᾳ κυρώσαντες, καὶ τὰς κατ' αὐτῆς ἐκφυσίας αἰ-
ρέσεις ἀναθεματίσαντες. περὶ δὲ τούτοις, καὶ ἕως τῆς εὐταξίας
τῶν ἐκκλησιῶν ρήτους κανόνας ὀρίσωμεν, ἅπερ ἅπαντα τῶ δὲ ἡμῶν
τῶ γράμματι ὑπετάξαμεν. δεόμεθα τίνυν τῆς σὴς ἡμερότητι, ὅτι
γράμματι τῆς σὴς εὐσεβείας ὅτι κυρωθῆναι τῆς συνόδου τὴν ψῆφον ἵνα
ὡς περ τοῖς τῆς κλήσεως γράμμασιν τὴν ἐκκλησίαν τιμήηται, ὅτι
καὶ τῶν δοξάντων ὅτι σφραγίσῃς τὸ τέλος. Deo debitam gratia-
rum actionem dando, necessario, et quae in sancta synodo acciderunt,
ad pietatem vestram referimus. Ex quia Constantinopolim conveni-
mus secundum tenorem literarum pietatis vestrae, primo quidem reno-
vavimus nostram invicem concordiam: deinde canones summatim
repetivimus, et fidem patrum Nicaeae congregatorum confirmavimus, et
ab iis explosas haereses anathemate percussimus. Ad haec de ordina-
tione Ecclesiarum, dictos canones edidimus: et singulos literis nostris
subjecimus. Quapropter clementiam tuam obnixerogamus, ut literis
pietatis tuae, Synodi decreta confirmes, et quem admodum literis invita-
tionis Ecclesiam honore es prosecutus, ita et sigillo confirmes et finem im-
ponas. De Nicænae fidei confirmatione, Socrates l. i. c. 5. Imperator
Constantinus fidem in Nicæna synodo stabilitam veritatem in se comple-
xi, primus omnium testificatus est, seque eodem animo esse, constanter
asseruit, praecepitque ut omnes eidem assentirentur, decretis ejusdem sub-
scriberent, effecitque ut vox consubstantialis adderetur, quam vocem
ipse quoque explicavit. Et Athanasius, apud Theodoretum l. 2.
c. 4., accedens Constantem Imp., cum patrem ei revocavit in memo-
riam, cum synodum maximam ab eo congregatam, καὶ ὡς τὰ παρ'
ἐκείνων γραφέντα, τὰ συνεδρίων κοινῶν ἐκράτυνε, et quomodo ea quae
ab ejus synodi patribus conscripta erant, ipse concilii particeps confir-
mavit. Sic & Ephesina l. à Theodosio minore & Valentiniano III.

F

Impp.



Impm actis suis auctoritatem & firmamentum rogat. κατὰ
 Φεύγοιαν, inquit, ἀπαντες ὄπι τὸ κράτος τῆς ὑμετέρας, εὐσε-
 βείας δεόμενοι τὰ μὲν κατὰ Νεστορίαν πεπραγμένα, καὶ τῶν τὰ Νεστορίαν
 Φρονηόντων ἔχειν τὴν ἰσχὺν, τὰ δὲ πρὸς τῶν ἐκδιηγόντων μένειν ἀπραγμά-
 καὶ ἀεργά. Theodosius vero ab hæreticis deceptus placita ejus
 irrita infectaque esse jubet; omniaque de novo alteri Ephesino
 disquirenda injungit; Sic enim in literis ad synodum: Oportet
 omnia juxta Dei beneplacitum, omni contentione secula; summoque
 veritatis studio, ahibito excuti, actum demum à nostrâ pietate con-
 firmationem exoptare. In Chalcedonensi, conventu undecimo,
 orant Imp. Marcianum, ut eorum, que post primum concilium Ephe-
 sinum, cui presidebat sanctus Cyrillus Alexandria, ratum fieret, teste
 Evagrio l. 2. sub finem. Ipse Marcianus l. 4. C. de summ. Trinit.
 per nostra precepta statuta sunt, ait, que de Christianâ fide à sacer-
 dotibus qui Chalcedone convenerunt, definita esse noscuntur: gravi-
 terque se animadverturum minatur in eum, qui semel judicata
 ac recte disposita revolvere ac publice disputare contenderit. Reci-
 tat item Evagrius l. 3. c. 18. à Felice III. Rom. Episcopo, missos
 ad Zenonem Imperatorem Utalianum & Misinum Episcopos,
 ut ejus auctoritate concilium Chalcedonen. se confirmaretur: ἐφ' ὧ τῆν
 ἐν χαλκηδόνι σύνοδον κρατεῖν. Agnovit idem jus in imperatore
 Constantinopolitana synodus sua Menna, Act. IV., Vbi sen-
 tentia contra Anthimum prolata, post acclamationes, sanctissimus Ar-
 chi-episcopus (Menna) dixit: Putamus charitatem vestram non igno-
 rare voluntatem & Zelum piæ Imp. nostræ (Justiniani I.) quem ha-
 bet ad orthodoxam fidem nostram; καὶ προσήκει μεδέν τῶν ἐν τῇ ἀγιο-
 τῆ ἐκκλησίᾳ κινηθέντων ὡς γὰρ γνώμην αὐτῆς καὶ κέλευσιν γενέσθαι,
 & nihil eorum, que in sanctissima Ecclesia movetur, convenit, fieri
 præter opinionem & jussum ipsius. Trullensis Synodus, illa qui-
 nisexta, à Justiniano εἰνοθυήτω congregata, iisdem fere ver-
 bis canonum suorum confirmationem petit, quibus antea
 Constantinopolitanam l. diximus usam. Ibidem sextæ Constā-
 tinopolitana (sub Constantino Pognato) fidem, majorem ex eo
 firmitate

In actis e-
 dit. Pelt.
 tom. 3. c. 17.

p. 624. edit.
 Paris. 1618.

*firmitatem accepisse, Patris affirmant, δι' ὧν ὁ εὐσεβὴς βασιλεὺς σφρα-
 γίσαι τὰς ταύτης τῶμας κατησφαλήσατο πρὸς τὴν ἐν τῷ παντὶ αἰῶνι
 ἀσφάλειαν: quod prius Imperator ejus decisiones suo signaculo munivit,
 ad futuram ad omnia secula securitatem, non amplius agendam nec
 movendam. Nonnunquam vero de integro concilii gesta Imppp.
 coram se examinari & cognosci voluerunt? sed hoc minus fre-
 quenter. Et tamen Constantinus Magnus ad eum modum
 explorare voluit, quæ in Tyro acta fuerant. *Vt planam nobis fiat*
(inquit in Epistola ad Synodum ap. Socrat. l. i. c. 22. Sozom.
l. 2. c. 27.) vosne qui ibi in unum convenistis nullam veritatis curam
duxeritis: deq; rebus in disceptationem vocatis, neq; gratia alicujus,
neque odio ad aucti sententiam pronuntiaveritis, opus est — ut omnes
qui ad concilium Tyri actum convenistis, è vestigio ad castra nostra ma-
turetis, neq; ipsa vestrum judicium equum sincerumq; commonstre-
tis, me audiente; quem ingenium Dei famulum esse vos ipsi non infi-
cias i veritis. Constantius, hujus filius jussit ut ij, qui Niceam conven-
turi essent (sunt autem iidem qui ob terræ motum Niceæ, post
Seleuciæ & Armini convenerunt) viginti ex suo numero ad se mit-
terent, & quæ decreta essent ipsi exponerent, ad eum finem, ut ipse non
cognosceret solum εἰ κατὰ τὰς ἰερὰς γραφὰς συνέβησαν ἀλλήλοις
καὶ πρὸ τῶν πρακτικῶν, ἕσα ἂν ἄρῃσα δοκῆ, ὀπιτελεσῃ, uti iam
convenienter scriptura sacra inter se consensissent, verum etiam quid
optimum factu videretur decerneret, narrante id Sozomeno l. 4.
c. 16. Alias nec prius illud confirmationis genus Occidenta-
libus Imppp. penitus fuit ignoratum. Nam & Francofur-
tensi synodo Carolus Magnus velut Πρισημονάρχης præsedit.
ejusdemque acta confirmavit. Sic enim in Epist. ad Elipan-
dum Toletanum Metropolitanam: Ecce ego vestris petitionibus
satisfaciens, congregationi sacerdotum velut arbiter assedi. Discer-
nimus & Deo dante discrevimus, quid esset de hac inquisitione firmiter
tenendum. Quarta quoque Arelatensis, sub eodem Carolo
celebrata, statuta sua ejusdem judicio submittit, hisce verbis:
Hæc sub brevitate, quæ emendatione digna perspeximus, quam seve-
*risime annotavimus, & Domino Imp. presentanda decrevimus poscen-**

des ejus clementiam, ut si quid hic minus est, ejus prudentia suppleatur & si quid rationabiliter taxatum est, ejus adiutorio divina annuente clementia perficiatur. Nec aliter Cabilonensis II., Moguntina I. & Turonensis III. Concilium Moguntinum secundum & tertium à Ludovico pio, Aquisgranense, à Pipino ejus filio confirmationem petiere & accepere. At dices; si tantopere requiritur principis concursus ad concilium rite inchoandum & perficiendum, quare non & illa primorum trium seculorum Ecclesia, ejus in omnibus consensum quæsit, quare non suis etiam synodis confirmationem à principe petiit. Ast si navis aliqua nauclero destituatur, num propterea sui conservationem negliget? Sic & illa cō Ὁλίψης Ecclesia, legitimo rectore in externis destituta, non ita ut volabat, sed ut poterat sese sustentabat. Omnis siquidem natura sibi propositum habet q̄. finem & externum, se ut custodiat in optimo sui generis statu, ut optime Tullius §. de fin. Persecutores tum erant & idolatræ, qui Imperii clavum, à quibus non poterat rogari alienæ religioni præsidium. Quod tamen cessante persecutione, quam anxie fuit quæsitum, quam curiose item arreptum ab Impp., non amplius susque deque habita veræ religionis cura. Eleganter propterea Augustinus Epistola §. ad Bonifacium: *Quod dicunt qui contra suas impietates leges constitui nolunt, non petisse à Regibus terra Apost. los talia, non considerant, aliud fuisse tunc tempus, & omnia suis temporibus agi. Quis enim tunc in Christum crediderat imperator, qui pro pietate contra impietatem leges ferendo serviret, quando adhuc illud Propheticum complebatur: quare fremuerunt gentes, &c. nondum autem agebatur, quod paulo post in eodem Psalmo dicitur: & nunc Reges intelligite, servite Domino, &c. Quomodo ergo Reges Domino serviunt in timore, nisi ea, que contra jussa Domini fiunt, religiosa severitate prohibendo atque plectendo? aliter enim servit quia homo est, aliter quia etiam Rex est. — Quia homo est ei servit vivendo fideliter: quia vero Rex est, servit leges instar præcipientes & contraria prohibentes convenienti vigore sanciendo: sicut servivit Ezechias, lucos & templa Idolorum & illa excelsa, qua contra Dei præcepta fuerant constructa, destruendo:*

*struendo : sicut servivit Josias , talia & ipse faciendo ; sicut servivit
 Rex Ninivitarum , universam civitatem ad placandum Domino com-
 pellendo : sicut servivit Darius ; idolum frangendum in potestatem
 Danieli dandi , & inimicos eius leonibus ingerendo , sicut servivit
 Nebuchodonosor , omnes in regno suo posito à blasphemando Deo lege
 terribili revocando. In hoc ergo serviunt Domino Reges , in quantum
 sunt Reges , cum ea faciunt ad serviendum illi , quæ non possunt
 facere , nisi Reges. Non tamen & ij sumus , qui omne religionis
 & conciliorum robur à summa potestate. Homines has esse
 scimus & errores idcirco obnoxias. Adeoque non pro-
 pter edictum , ab illa promulgatum , sed propter verbum Dei ,
 quod divinam in se auctoritatem habet , & totius Ecclesiæ
 consensum , ejus creditur testimonio. Cæterum si fidei
 fundamenta Rex quatit ; si aliam præcipiat fidem quam
 à Prophetis & Apostolis divinitus revelata ; num hujus leges
 rescindere aut retractare cuiquam licet superiore judicio ?
 Non sane : cum nullum sit hoc ipso superius nisi solius Dei.
 Hic sive augeatur pax & disciplina Ecclesiæ per fideles principes ,
 sive solvatur , ab eis rationem exiget qui eorum potestati suam Ecclesi-
 am tradidit , ut Isidorus Hispalensis sent. 3. c. 51. Ast non us-
 que adeo parendum Regi , ut fides abdicetur : nec enim quid
 vetat martyrem fieri , qui Christianus est. Notum illud Li-
 berij , cui cum Constans Imperator. *Quota pars tu es orbis
 terrarum qui solus facis cum homine scelerato* (Athanasio nempe ,
 fidem Nicænam amplectenti) & orbis terrarum pacem dissolvis ?
*Non diminuitur , inquit , solitudine mea verborum fidei ; nam & olim
 tres solum fuere qui edicto resistere ap. Theodoret. l. 2. c. 16.*
 Et enim tum in sacris , tum in profanis rebus , neq; jubentia , neq; vetan-
 tia præcepta , obligant ad agendum omittendumve aliquid contra legem
 Dei sive naturalem sive positivam , sed duntaxat ad patiendum , idque
 tum demum , ubi pœna evitari nisi opposita vi non potest. Ut præclare
 summus quondam Vir Hugo Grotius , in opere posthumo de
 Imper. summarum Potest. circa sacra , c. 5.*

Et præsentia, & confirmationis munus, injuste, ut debitum, sibi tribuit Papa Romanus.

Illud quo melius ad Papam pertinere probet *Baronius* (loquitur autem hic de præsentia in internis) concilium ipso Servatore præsentem habitum confingit, cujus etiam thesi V. mentionem; in quo præsidis provinciam Petrum sustinuisse multis conatur ostendere. Ratio sane egregia, quæ si persuadere, multis contentionibus præriperetur ansa. Nam si Christus ipse in concilio præsentis, Petro Apostolo supremum concessit locum; si hanc discipulo prærogativam, ut ferret de fide sententiam, quam ipse post haberet ratam, dubitari deinceps haud posset, penes quem sit in synodis præsidere & de fide pronuntiare. Ita ad Petrum ejusque successores omne religionis perveniret negotium. Sed collegium verius, quam synodum dici potuisse, quicquid ibi à Christo fuit institutum, jam tum monuimus. Adeoque uno ictu concidunt, quæ tam bellæ argumentationi superstruxeris. Adde, quod nulla sit consequentiæ vis; si Petrus præsedet, idem jus, & quidem perpetuum, Papæ concessum esse. Quod de *Apostolorum synodo*, de qua Lucas in actis XV. rectius ex ea Jacobo præsentiam assignaverit quam Petro, cum hic quidem primus controversiam, ille vero sententiam ultimam seu decisivam protulerit, in qua omnes acquiescere. Hoc vero præsidis esse, alios nimirum primo audire; & dein sententiam definitivam pronuntiare, cuius manifestum est. Nec sequentium seculorum historiam, fictæ Pontificum præsentia facile invenias patronam. Magnæ illi & primæ Nicænæ *Hosius* Cordubensis Episcopus præsedet, *eiusque actis primus subscripsit*. Fabula enim Bellarmini illud, quod Papæ Romani fuerit legatus vel *τοποτηρητής*, cum

ēum in omni antiquitate non plures duobus presbyteris, Vito & Vincentio, illius locum supplevisse reperias, vide Euseb. de vita Constantini l. 3. c. 7. Theodoretum l. 1. c. 7. Sozom. l. 1. c. 16. Eundem Hosium Sardicense concilium principem habuit ac moderatorem. Subscriptiones enim, ut eas recenset Athanasius Apolog. 2. post literas synodicas ad Alexandrinos, sunt hujusmodi: *Hosius ab Hispania, Julius Roma per Archidamum & Philoxenum presbyteros suos.* Eoque non immerito tali eum elogio maectat idem Athanasius Apolog. de fuga sua: *In qua synodo ille non dux & ante signanus fuit? quem non ille rectat uendo in suam sententiam pertraxit? quæ Ecclesia illius presidentia non pulcherrima monumenta retinet?* In Constantinopolitano I. Papa nec per se, nec per legatos adfuit, adeoque nec præsedit; ipso Bellarmino fatente l. 1. de concil. c. 19. Nugæ vero, quibus absentiam illam tentat excusare quod scilicet Damasus aliam Romæ convocarit synodum, qua cum se conjuxerit Constantinopolitanum licet absens: cum constet Romanam illam sequente demum anno cojisse. Expresse hoc Theodoretus l. 5. c. 7. *Secuta, inquit, æstate, (post habitam synodum Constantinopolitanam Oecumenicam I.) eodem (Constantinopolin) plurimi retrahentibus Ecclesiasticis negotiis redire, & allatas ab Occidentalibus Episcopis synodicas literas accipere, quibus invitabantur ut Romam ad maximam, qua ibi cogeretur, synodum, vellent venire.* Ephesine I. tertix Oecumenicæ interfuit quidem Cælestinus, sed per legatos Arcadium & Projectum Episcoporum & Philippum presbyterum, quos se eo direxisse, ait, *ut eis que agantur intersint,* Epist. synodali ap. Cyrillum 7. Cyrillus vero Alexandria, ut qui doctrina excelleret, circa fidem seu interna concilium rexit, ut ex Evagrio l. 2. c. ult. & l. 8 C. de heret. & Manichæis constat Chalcedomense demum, quartum illud generale, per legatos Leo I. moderatus est, utpote cujus singularis eruditio orbi Christiano per Epistolam aduersus Eutychem ad Flavianum de Christi incarnatione scriptam innotuerat. Quod tamen in sequentibus Oecumenicis conciliis, ab Impp. congregatis, Papas obtinuisse, nulla in aliquibus, aut certe

levia

levia deprehendas monumenta. Unde patescit, quam graviter ejus affectu in astruendo Papali jure sunt imprudentes. Fingunt, depravant, quicquid volunt, & nihilominus cum omnia fecerunt servi inutiles sunt. Recurrendum nempe illis ad veterem suam cantilenam, qua Petro soli Christum jurisdictionem in oves suas commisisse, Papam item in omnibus Petro successisse, ad nauseam usque recantat. Omnia cum fufe admodum examinarit & refutarit, strenuus ille antiquitatis assertor *M. Antonius de Dominis*, illustri opere *de republ. Ecclesiastica*, nobis hic sufficiat simpliciter negasse. Possit autem Papam concilium quoad inter seu doctrinam moderari, nos non inficiamur, sed si pius sit, si in sacris exercitatus, si orthodoxa fide imbutus, non *apotacticus*, *apotacticus* ve magis, quam *Apostolicus*; quales longo tempore fuisse *Genebrardus* 4. suæ *Chronographiæ* sub initium sæc. X. commemorat. Tum enim libenter illi primum in conciliis votum & *vesuviana* præ aliis largimur; iisdem moti rationibus, quibus olim patres, ob urbis scilicet imperatricis in qua illi sedes, dignitatem; non quod Petro, & consequenter successoribus ejus, tale quid singulari privilegio divino fuerit concessum. Judicium vero post synodos, tum confirmationem, earum ad Papam pertinere, directe impugnamus, cum nullum in universa antiquitate ejus probandæ testimonium. *Confirmandi* verbo patres sæpius ad Romanos Pontifices usos, non quidem inficias imus, sed longe aliter eo intellecto, ac in epistolis ad Impp. consignatis. Horum erat simul suo & subditorum nomine q̄s. ultimam manum conciliis addere, & edicto promulgare. Unde Impp. Gratianus, Valentinianus & Theodosius I. I. C. de summ. Trinit. *Cunctos, inquit, populos, quos clementie nostræ regie imperium, in tali volumus religione versari. — Christianorum Catholicorum nomen jubemus amplecti.* Sed quomodo hoc poterat Episcopus Romanus, qui pastor erat? cui non dictum erat poëtæ illud, *Tu regere imperio populos.* Nihil aliud ergo patres ab eo valebant & petere, & expectare, quam consensum, quam

quam approbationem ; quam receptionem fidei in concilio stabilitæ. Magna auctoritas erat Patriarcharum in Romano imperio , eoque hoc deferri solebat eorum dignitati, ut si ipsi forsan synodo non interessent , consensum illorum per literas explorarent. Cumque hos inter emineret Romæ Episcopus , hujus consensum præ cæteris expetebant. Sed si dissentiret, non ideo statim ad nihilum recidebant concilii acta. Ariminensem synodum propterea rejiciendam putat Athanasius *quod decreta ejus contentione & vi expressa.* Epist. ad Afros ap. Theodoretum c. 23. l. 2. Ipse Damasus, capite præcedente eandem reprobat, *quod neque Romani Episcopi, cujus ante omnia sententiam cognoscere debuerant, neque Vincontii, qui tam multis annis præsulatus conservavit integritatem, neque aliorum consensus illi accesserit, ac maxime quod illi ipsi, qui à veritate deflexisse visi sunt, & post ad meliorem mentem denuo traducti, plane testentur formulam (in illa prolatam) sibi maxime displicere.* Leo I, Ephesinam, Epistola ad Theodosium Augustum, ideo errasse testatur, eo quod non pura conscientia & recto judicio secundum consuetudinem, hi qui collecti fuerant, de fide & erratibus protulerunt. In ipso autem judicio, inquit, non omnes, qui convenerant, interfuisse cognovimus. Valeant ergo Papolatrarum pronunciata : *Tantum roboris & firmitatis quamlibet synodum consequi solere, quantum auctoritatis illi Apostolica sedes impertit : ut Serverinus Binius, Notis ad concilium Constantinopolitanum primum.* Omnia concilia generalia robur & potestatem habere à Papa, non solum ut sint legitima, & legitime congregentur, sed etiam ut ibi possit definiri, ibique definita sive decreta valeant, quemadmodum Franciscus Longus Coriolanus in præludiis ad summam conciliorum. Cum omni in eo Ecclesiæ primitivæ consensu destituantur, cum Papæ ipsi confirmationem, i. e. approbationem, consensum, cum aliis participant ; cum synodi fuerint in quibus Papa nec per se, nec per legatos, & nihilominus tamen habita, sint legitima. Et tantum de hisce.

Summa potestas recte in sacris iudicat, etiam absque synodo.

Non si concilium aliquid circa sacra imperandi facultatem ei suggereret, summa potestas nullo amplius modo summa posset vocari. Ea enim summa est, quæ soli Deo subiecta est, & quæ sub Deo absolutum exercet imperium. Si item summæ potestati id ipsum non liceret absque synodo, quod cum synodo, jam partem juris imperandi à synodo acciperet, quod itidem maiestati eius repugnat. Amens sit, qui dixerit, non valere Principem in civilibus jus dicere, nisi prius consultis politicis, aut Ictis. Ad eundem modum in Ecclesiæ negotiis, licet hominis salutem concernant: cum minime *per diffidies nos Deus ad beatam vitam questiones vocet*; ut optime *Hilarius*. Deum creatorem cæli & terræ, Patrem, Filium, & Spiritum S., veneramur omnes & adoramus. Filium ex virgine natum hominemque factum, passione & morte à peccatis & peccatorum pœnis nos redemisse, resurrexisse, in cælos ascendisse, ibi regnare, & inde rediturum ad iudicandum vivos & mortuos, quotquot Christi nomine digni sumus, credimus & confitemur. Hoc scriptura credere nos jubet, si alias velimus vitam ingredi: Hoc sancta & Catholica ab initio credidit Ecclesia, proque ea fide sanguinem profunderere non dubitavit. Esto ergo, reperiatur aliquis, hæc qui neget, quique veterem & damnatam antiquis hæresin novo paxillo suspendat, nullo in gregem contagio. Hic, nonne à Magistrat iudicari poterit, & si spes emendationis nulla sit, pœnis coerceri, ne virus porro serpat? An quoties id contingat, cogendum erit concilium? Fac rursus, in rebus ponderis non adeo magni, disputationes eas oriri inter pastores, quæ in Ecclesia indifferenter toleratæ fuerint: non poterit pax imperari, nisi vocata synodo? Luculentum huius auctoritatis, à summa potestate: usur-

usurpatæ, exemplum, extat ap. Socratem l. 5. c. 10. & Sozome-
 num 7. c. 12. de Theodosio majore. Hic enim factò in Ec-
 clesia ab hæreticis tumultu, exiguo post Constantinopolitanum I,
 tempore, vigentium tunc sectarum antesignanos rursus convocat,
 ut aut docerent, aut discerent, eorum veritatem, de quibus inter se
 contendebant. Primum ergo benigne eos qui convenerant ad se admit-
 tit, capit cujusque dogma scriptis proditum. Deinde se in locum
 separatam concludit: precatur obnixè, ut Deus illi ad veritatem
 eliciendam opem ferre vellet. Postremo domate cujusq; perlecto, cetera
 omnia, utpote Trinitatis unitatem dirimentia, damnat, lacerat; so-
 lam autem consubstantialis fidem laudat, approbat. Nec fructu
 caruit hic conatus: nam multi, cæteris damnatis, ad sententiam ap-
 probatam conversi sunt. Utinam plures hic invenisset æmultos
 non in tantam crevisset potentiam intolerabilis Papæ domi-
 natus. Hoc videlicet ab aliquot retro seculis sedulo ille egit,
 ne reges scirent, quid sit religio Christiana, quibusve hauri-
 atur fontibus, sed omnem curam Ecclesiasticis reliquerunt.
 Hæc proxima & compendiaria ei via ad tyrannidem, quâ simul
 & fallendi securitate parta, in ipsas conscientias, & per has in
 ipsa regna grassatus est. Discussa Deo miserante illa caligo
 jam superiore seculo, quam plurimis ex eo tempore regnis
 & principatibus in libertatem vindicatis. Et jam ergo arri-
 piant summæ potestates, quod sui est muneris. Ad se quoque
 pertinere arbitrentur, ut temporibus suis pacatam velin habere ma-
 trem suam Ecclesiam, uti loquitur Augustinus tract. 13. in Joan-
 nem. Succurrant inter summas angustias luctanti Ecclesiæ,
 litigandi prolubio misere in partes scissæ ac dilaceratæ. Ipsi
 subditi, qui Christiani non tam nominari, quam esse volumus,
 non adeo hostili in nos invicem mente sumus. Charitatem
 amplectamur, & ad plenam solidamque concordiam contem-
 damus. ἵνα τι ἔρεις, καὶ θυμοί, καὶ διχοστασίαι, καὶ χίσματα,
 πόλεμος τε ἐν ἡμῖν; (vox est sanctissimi martyris Clementis Ro-
 mani) ἢ ἔχῃ ἕνα Θεόν ἔχομεν, καὶ ἕνα Χριστόν; καὶ ἐν πνεύματι τῆς
 χάριτος τὸ ἐκχυθὲν ἐφ' ἡμᾶς, καὶ μία κλησίς ἐν Χριστῷ ἵνα τὸ

Epist. ad
 Corinth. P. 60.

διέλκομεν καὶ Ἀσπιδῶμεν τὰ μέλη τῶν χειρῶν, καὶ συμπάρομεν ὡς
 τὸ σῶμα τὸ ἴδιον, καὶ εἰς τοσαύτην ὀπίσθοιαν ἐρχόμεθα, ὡς Ἰπλά-
 θεῖται ἡμᾶς ὅτι μέλη ἐσμὲν ἀλλήλων; cur inter sint vos conten-
 tiones, ira, similitates, schismata, & bellum? Nonne unum De-
 um & unum Christum habemus? Nonne unus est spiritus gratia,
 qui super nos effusus est, & una vocatio in Christo? Cur Chri-
 sti membra divellimus & discerpimus, & contra proprium cor-
 pus seditionem movemus, eoque vesaria devenimus, ut aliorum
 nos membra esse, oblivioni tradamus? Sed tam aurea ver-
 ba, non admittunt, proh dolor! ferrea hæc tempora. Fa-
 xit Deus pater misericordiarum, ut, qui in civilibus pacis
 metam nos contingere voluit, in religionis negotio idem
 assequi mereamur, propter filium suum Jesum Christum
 εἰς αὐτῶν δόξα, τιμὴ, καὶ κράτος καὶ μεγαλωσύνη, θρόνον
 αἰώνιον, ἀπὸ τῶν αἰώνων, εἰς τὸς αἰῶνας τῶν
 αἰώνων. Ἀμήν.

F I N I S.





DEMETRIVS CHOMATENVS

Archiepiscopus Bulgariae ad Constan-
tinum Cabasilam.

Ο βασιλεὺς ἄ οἷα κοινὸς τῷ ἐκκλησιῶν Ἐπιση-
μονάρχης καὶ ὢν, καὶ ὀνομαζόμενος, καὶ συ-
νοδικαῖς γνώμας Ἐπιστατῆ, ἢ τὸ κύριον ταύταις
χαρίζεται ἐκκλησιαστικὰς τάξεις ῥυθμίζει, καὶ νο-
μοθετεῖ βίῳ καὶ πολιτείᾳ τῷ ἔ βήματ. Ναὶ
μὲν καὶ δικαιοῦ Ἐπισκόπων, καὶ κληρικῶν, καὶ πρὸς
γεχωριστῶν ψήφοις ἐκκλησιῶν. ἐνάγει ἢ ἢ ἀπὸ
ἐλάττης πρῆς εἰς μείζονα. δηλαδὴ ἀπὸ Ἐπισκοπῶν
εἰς μητρόπολιν, ἢ ἀνδρὸς ἀρετῶν ἢ πόλιν πρῆς καὶ
ὡς ἔπ. ἔπ. πλὴν μόνον ἔ ιερουργεῖν, τὰ λοιπὰ
ἀρχιερατικὰ προνόμια σαφῶς εἰκονίζει ὁ βασιλεὺς,
ἐφ' οἷς πράττει νομίμως τὲ καὶ κανονικῶς.

Hoc Est,

Imperator ut communis in Ecclesiis sapi-
entum princeps, & re, & nomine, synodo-
rum

rum placitis præsidet, & auctoritatem ipsis largitur. Ecclesiasticas ordinationes disponit, & legem ponit vitæ atque officio eorum, qui altari inserviunt: quin & judiciis Episcoporum & Clericorum, & electioni Ecclesiarum vocantium. Promovet insuper à minori dignitate ad majorem, puta ad Episcopali ad Metropolitanam, honorem eum exhibens, aut urbi, aut homini. In summa, excepta duntaxat ipsa sacrorum functione, cætera omnia jura pontificalia manifeste exprimit Imperator, quibus in rebus agit convenienter, & legibus, & canonibus.





AKT 4/100

von

mit



B. M. II, 33
A. 3, 12

HISTO

CON
CI
SUMM

AL

Viro

HERMAN

Philos. & Med.

Publico, illustr

liario intir

fu

IN AC

Die

JOACHIM

Typis HENRIC

A

II R
4160



T

IO,
fessore
nsi.

LIBRARY

ogr.

